

moueantur, aut mutantur à sublunaribus. Quartò, quorum vis in aliud transit impropria motione. Sic nos tangere dicitur, qui molestia nos afficit.

*Ad Caput septimum.*

**E**st-ne actio à simili, an à dissimili? Vult Democritus à simili: alij, à dissimili. Dicendum est inter omnino similia non esse actionem, nec passionem. Quia non est ratio, cur vnum potius ageret, aut pateretur, quàm alterum. Item, quo res essent similiores; eò fortius in se agerent. Et cum nihil similius sit eodem ad seipsum comparato, idem ageret maximè in seipsum, seque citò corrumpere: Sed neque inter omnino dissimilia actio est, non enim candor agit in lineam. Quæ ergo in se inuicem agunt & patiuntur, partim sunt dissimilia, secundum speciem scilicet & formam: quæ enim sic agunt, contrarietatem habent: Partim similia, scilicet secundum materiam, siue genus subiectum, quod idem est in agentibus reciprocis; quorum vnumquodque intendit sibi patiens assimilare, vt ignis, lignum.

Omne agens physicum agendo repatitur à patiente, dummodo agens & patiens actiua sint, & formam vtrumque habeat in materia eiusdem rationis, siue elementari, & quæ contrariorum sit particeps. Sic alterans, vt cibus calidior, alteratur à stomacho; & cum agat in stomachum, repatitur à stomacho; & tandem mutatur in substantiam viuientis, licet ipsum etiam calefaciat. Vt autem quod primò mouet, expers est motus: sic quod primò agit, pati nequit. Agens ad causam efficientem pertinet, vnde principium motus; idèoque efficit, quia inducit formam in patiens: qua præsentem cessat motus & actio. Præsentibus enim habitibus, quales sunt formæ & fines, nihil amplius fit. Finis autem non est actiuus, nisi metaphoricè. Materia verò, vt materia, passiuæ est; in qua ideo ignis calorem habet, & alia elementa suas passiones; vnde ea agunt inter se, quia speciem & qualitates contrarias habent: patiuntur verò, quia materiam habent, quæ, vt sic, principium est passiuum. Calor enim, frigus, formæ ve vllæ, aut qualitates non patiuntur quidquam, licet ab omni subiecto, quod tamen est impossibile, essent separata.

*Ad Caput octauum.*

**M**odum agendi explicarunt alij aliter. Empedocles, per poros symmetros siue meatus commensuratos & proportionatos: Itavt fiat quidem actio & passio, dum agens præcipuum sese insinuat in patiens, per meatus inuisibiles, frequentes,

& eleganti serie dispositos, repletos tamen tenuioribus corpusculis, quæ Agenti subeunti cedant. Mistio autem, dum pori illi sunt commensurati vtrinque, vt in vino & aqua. Alij, per poros vacuos: sed malè. Non enim alij quidam audiendi, qui motum tollunt, adeoque naturam, vt Melissus; aut qui corpora componunt ex superficiebus, vt Plato. Malè, inquam, priores; quia si pori illi sunt pleni & repleti, eadem manet difficultas ac si non essent: cù per aliud plenum agens subire potuerit. Posteriores etiam malè. Quia cum agens repleuerit inanes poros, nõ poterit amplius agere; quia tales pori, vt illi aiunt, necessarij sunt ad actionem, qui tamen tunc non erunt. Sunt ergo pori illi superflui. Vel enim actio fit per solum contactum, & sic non erunt pori fingendi: vel non, & sic nõ erunt adhuc necessarij, quia introduxerunt illi poros propter contactum. Quod si corpora diuisibilia sunt omni ex parte, & eo ipso possint separari & cedere agenti; nihil certè poris opus erit.

*Ad Caput nonum.*

**A**git id omne, quod, vt tale, actu est: patitur, quod qua tale, est in potentia. Sic id calefacit, quod actu calidum est, vel calefactiuum, vt ignis; id verò calefit, quod potentiam habet ad recipiendum calorem, vt aqua. Conditiones actionis & passionis, siue agentis & patientis, sunt quinque. Prima, tale est patiens potentia, quale est agens actu. Secunda, patiens tale est secundum quamlibet sui partem. Tertia, magis dispositum patitur magis, & contra. Quarta, omne patiens est continuum, & non actu diuisum. Quinta, Agens debet tangere patiens, immediatè, vel mediatè.

*Ad Caput decimum.*

**D**icendum tandem de mixtione. Quam non esse aiunt quidam, hac ratione pertrasi: Vel enim quæ miscerentur, remanerent in esse suo; & sic non erunt magis mixta quàm erant prius; proindeque nulla erit mixtio: vel vnum corrumpetur, alterum seruabitur: (nam quæ miscerentur, duo saltem sunt,) & sic quod non est, misceretur; & idem manens idem, etiam misceretur; quod est à mixtione alienum. Quia quod non est, non miscetur; vt & quod non mutatur. Mistilium autem eadem ratio. Vel ambo corrumpuntur; quod absurdum. Quæ enim non sunt, non sunt mixta. Soluetur tamen hæc ratio ex sequentibus.

Mistio non est generatio: quia materia formæ non miscetur. Sic lignum non mi-



scetur igni, vel eius formæ, cum fit ignis è ligno; sed ignis generari dicitur, ligni corrumpti. Est enim generatio, cum forma aduenit materiæ.

Mistio non est alteratio: quia qualitas, nec accidens vllum subiecto suo miscetur, vt candor corpori; scientia animæ. Quæ enim miscentur, à se inuicem separari possunt.

Mistio non est Accretio. Nam materia accretionis est alimentum, quod corpori viuenti non miscetur, sed corrumpitur, & in eius substantiam vertitur; quadam generationis specie & modo. Quæ verò miscentur vt elementa, non sic se habent; sed remanent in tertio, nempe in mixto: non quidem actu, ἐνεργεία, id est secundum formas, ὡς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ λευκόν, vt corpus & album: sed virtute & potentia, id est secundum vires suas & qualitates, absentiu formatum vicarias: non enim mistilia in mixtione corrumpuntur, formas-ve essentielles deperdunt, σώζεται γὰρ ἡ δύναμις αὐτῆς. *Seruetur virtus eorum.*

Minutorum corpusculorum coniunctio, quali aiunt, κριθὰς μεμίχθαι πρὸς ἴσους, hordeacea grana mista esse frumentaceis, non est vera mixtio: quia compositio est potius & coaceruatio, siue iuxta positio, quam mixtio: cum corpuscula illa iuxta se posita manent actu secundum formas: neque ita coeant in vnum tertium siue mixtum, vt quamlibet eius partem mixtam faciant: quod tamen necessarium est. Quælibet enim mixti pars, mixta est. Non est mixtio eorum quæ eandem materiam non habent. Quia quæ misceri possunt, inter se actiua esse debent & passiuæ: quæ autem eandem non habent materiam, non sunt inter se actiua & passiuæ, vt cæli & elementa: Ars medendi, & sanitas.

Quæ ergo propriè miscentur, communè materiam habere debent, & in se agere, à se mutuò pati, esse ἐνδιώρετα, facile diuisibilia: sed ita, vt vnum nimio excessu alterum nõ superet: sic enim non mistio esset, sed mutatio in potentius, οἶον σαλαγγὸς οἴνου μύρρις χρεῦσιν ὕδατος οὐ μίγνυται, λύεται γὰρ τὸ εἶδος, ἢ μεταβάλλει εἰς τὸ πᾶν ὕδωρ. Vt gutta vini decies millenis aquæ mensuris non miscetur, sed mutatur in aquam. Quare æquales debent esse quodammodo etiam agendi virtutes, vt se non transmutent, sed tertiu quid nempe mixtum, remaneat; omnium naturam aliquatenus retinens. Ad mixtionem autem apta sunt, parua, humida, liquida, εὐόριστα: quia cedunt facilius, seque citius transmeant: intellige verò liquida, non lenta, non viscosa, non tenacia: vt sunt adeps, oleum. Hæc enim ob lentorem nõ penetrant, nec facillè separantur. Sed neque miscetur quod tantum agit & quod tantum

patitur: Vt neque id quod potentius agit, & alterum quod nimis patitur, vt stannum æri. Est ergo mistile id quod cum facillè diuidi queat, passiuum & actiuum est. Mixtio autem τῆς μικτῆς ἀλλοιωθέντων ἑνωσις. *Miscibilitum alteratorum unio.* Debent enim vni & coire, & se mutuò alterare ea quæ miscentur, nempe elementa, quæ propriè miscibilia sunt.

*Liber secundus de generatione & Corruptione.*

Constat capitibus vndecim, ad tres partes redactis. Prima, est de natura elementorum. Secunda, de eorum ortu. Tertia, de reciproca eorundem generatione.

*Ad Caput primum.*

Hæc tenus de mistione, tactu, actione, passione, generatione, corruptione, alteratione. Nunc de elementis, sine quibus, vt sensilibus corporibus, aliæ substantiæ naturales mixtæ non oriuntur, nec intereunt. Materiale ergo principium omnium generabilium alij vnum fecere, vt ignem, vel aërem, vel medium quid: quod corpus sit & separabile: alij duo, vt ignem, terram; alij cum his aërem: Empedocles quatuor elementa: Plato τὸ πανδεχές, siue id quod formas omnes excipit & complectitur; quo nomine materiam intellexit. Sed errant, qui corpus medium sensibile ab omni contrarietate & forma elementari separatim adstruunt, quia non potest sensibile esse nisi contrarietatem habeat, id est, nisi sit calidum, vel frigidum, graue, vel leue. Errat & Plato, qui materiam suam obscure inuexerit, eamque rebus subiecerit, vt aurum aureis operibus: ita vt quemadmodum de aurea statua dicitur aurum, sic materia illa dicatur de re genita: Denique qui materiam superficiem esse voluerit, cum corpora resolui dixerit in superficies, omnia autem in materiam vltimò abeant: quæ omnia falsa sunt. Alia igitur est materia rerum sensibilem, ea scilicet quæ non est actu separata ab omni forma, sed semper vni contrariorum coniuncta, & omnibus contrariis vicissim subiici apta, & principium primum ipsorum elementorum. Quare tria sunt vel vtri principia in elementis: ipsa Primò materia, quæ potentia est sensibile corpus. Secundò, contrarietates, vt calor, frigus. Tertio ipsa elementa, quæ sibi mutuò sunt principia; quatenus in sese transmutantur, & ex se mutuò oriuntur, reclamante licet Empedocle, qui cum generationem tollat, alterationem etiam, quæ ad illam ordinatur, tollere conuincitur.



## Ad Caput secundum.

**P**incipia & differentia corporis sensibilis, id est, elementi, (Sensibile autem hic sumitur pro tactili, siue eo quod tactu sensum facit,) sunt qualitates tactiles, quæ scilicet tactu percipiuntur. Quia per tales qualitates, corpora sensibilia, id est, tangibilia, ut talia sunt, constituuntur ac differunt; vnde colores, sapes, & similes qualitates, elementa non constituunt; licet visibiles priores habeantur tactilibus, ut visus prior est tactu. non enim sunt affectiones corporis tangibilis, ut tale est, quales tamen quærimus.

Sunt verò qualitatuum tactilium ordines siue paria septem. Calidum, frigidum; humidum, siccum, graue, leue, durum, molle, γλίχρον, χριστόν, τεαχόν, λεϊόν, παχόν, λεπτόν; viscosum aridum; asperum, læue, crassum, tenue. Ex duobus ergo primis ordinibus peti debent differentia elementorum: quia per calorem, frigus, humiditatem & siccitatem, agunt & patiuntur, atque inuicem transmutantur, actionibus scilicet & passionibus alteratiuis. Hinc enim excluduntur grauitas & leuitas; quia licet motrices sint, non sunt tamen alteratrices, per quas in se inuicem agant elementa, quæ solæ hic quærentur.

Et harum quidem quatuor primarum qualitatuum duæ actiue sunt, calor & frigus; duæ passiuæ, humiditas & siccitas. Calidum enim est, quod congregat homogenea: frigidum, quod heterogenea, siue ea quæ sunt diuersi generis. Humidum, quod alieno termino, non proprio, definitur aut circumscribitur: Siccum, quod proprio termino bellè definitur, alieno ægrè. Calidi namque & frigidi ratio per actionem; humidi verò & siccæ natura per passionem explicatur. Atque quatuor has qualitates esse primas omnium ac veluti principes, ex eo constat; quòd aliæ omnes ad illas bellissimè reducuntur, ut inductione notum est. Ergo principia & differentia elementorum, ut corpora sunt sensibilia siue tactilia, sunt quatuor primæ qualitates.

## Ad Caput tertium.

**S**elementa sunt quatuor, ut sunt; erunt sanè quatuor copulæ, & legitima coniugia, τὰ ἀπὸς συζεύξεις, primarum qualitatuum: è quibus singulis singula elementa colligantur. Prima coniugatio erit calidi, siccæ; vnde ignis. Secunda calidi, humidi; vnde aër. Tertia humidi, frigidi, vnde aqua. Quarta frigidi, siccæ; vnde terra. Neque enim contraria vno iugo simul possunt consociari, ut frigidum & calidum, humidum & siccum.

Hic nota errorem esse in versione Latina Argyropyli ad tex. 16. Vbi legitur, saltem in quibusdam exemplaribus, *Aër verò frigidus*, pro eo quod est *Aër verò calidus*. Habetur enim in textu Græco, ὁ δὲ ἀπὸ θερμῶς. Hinc rectè καὶ ἐπιλόγως, distributæ sunt primis corporibus primæ illæ qualitates, tanquam differentia; secundum quas etiam cõstet quaternarius elementorum. Porro aër, & aqua, simplicia non sunt, sed mista: id est, non pura & sincera, præsertim apud nos. Quia nihil ex elemento eccellente gignitur, ut ex igne & glacie. Loca autem aëris & ignis sũt sursum; aquæ & terræ deorsum. Media elementa impuriora sunt extremis. Superiora aduersantur inferioribus, nempe ignis aquæ, aër terræ, vtraque qualitate. Quodlibet elementum vna qualitate excellit. Terra enim magis sicca est, quàm frigida; aqua magis frigida, quàm humida; aër magis humidus, quàm calidus; ignis calidus magis, quàm siccus.

## Ad Caput quartum.

**E**lementa omnia in se mutuo possunt transmutari, & quoduis è quouis fieri. Quia omnia sunt cõtraria, vel ratione vtriusque, vel ratione vnius qualitatis. Hinc facilius & celerius aliorum in se inuicem migratio; aliorum tardior. Quæ enim symbolum habent, id est, quæ vna qualitate conueniunt, ut aër & aqua, facilius commutantur: quàm quæ symbolum non habent, ut ignis & aqua. Facilius quippe est vnum vincere, quàm duo. E duobus verò a symbolis, alia duo possunt generari, ut ex igne & aqua; aër & terra; & ex aère & terra, ignis & aqua. Victo enim ignis calore, & humore aquæ, manebit siccitas & frigus, quæ sunt terræ qualitates. Si contra, aër. Item ex aère & terra ignis oritur, victo terræ frigore, aëris humore. Et id quidem in flamma, quæ maximè ignis est, conspicitur; hæc enim est fumus ardens, καπνὸς κρόμενος. fumus autem fit ex aère & terra. Sed è symbolicis tertium non generatur, altera qualitate ab vtroque abeunte. Nam quæ remaneret, esset eadè, vel contraria: si eadem in vtroque, ut humor in aère & aqua, non prodibit tertium: quia ex vna qualitate non fit elementum: neque vlli elemento humor, quàm aeri & aquæ inest; si contraria, ut calor aeris & frigus aquæ, non exurget etiam tertium elementum, quia hæc copula non subsistit. Ergo dum migrant symbolica, vnum dumtaxat interit; dum verò duo pugnant a symbola, ita vterque tertium oriatur, ambo moriuntur,

Emendatio contextus 144.

Elementa apud nos mixta, præsertim media.

Quodlibet elementum fit è quolibet.

πὶ φλόγῃ, flamma.



*Ad Caput quintum.*

*Elementa  
non sunt  
materia  
corporum,  
Prima, sup-  
ple.*

**E**lementa non sunt materia naturalium corporum, id est, nec sui inuicem, nec mixtorum: vel enim eorum vnum esset talis materia, vt aer aquæ; & hoc non, quia omnia essent vnum, & cum ex aëre fieret aqua, non esset generatio sed alteratio. Aer enim remaneret essentialiter aer, vt prius; at cum manet subiectum idem actu & essentialiter, & mutatio fit in qualitate, alteratio est non generatio: Vel certè eorum plura; & hoc non; cum ob eandem rationem, tū quia duo contraria in eodem essent: elementa enim omnia sunt contraria. Sed neque medium corpus inter elementa, aliorū materia esse potest; nam cum ex eo generari deberent omnia, contrariū esset omnibus; atque adeo in eodem simul essent contraria. Est ergo materia quedam communis, è qua omnia fiunt. Sed & elementa in se mutuo commutantur omnia: ergo vnum non est aliorum principium magis quàm aliud. Cum autem duæ sint in elementis contrarietates, calor & frigus; humor & siccitas; vnāque subsit materia communis illarum capax, erunt quatuor elementa, non plura, non pauciora: presertim cum sint quatuor tantum illarum coniugationes. Non sunt ergo elementa infinita: cum enim omnia sint contraria, oporteret iis infinitas inesse qualitates, per quas contraria essent.

*τὰ στοι-  
χία οὐ-  
καταπειρα.*

*Ad Caput sextum.*

*Refutatur  
Empedo-  
cles.*

**M**alè sentit Empedocles, de elementorum alterna commutatione. Hæc enim cum tollat, illa tamen inter se comparabilia facit; quippe quæ vocet æqualia, in quantitate; siue in qualitate, similia: at sic communem eorum materiam agnoscit, vt si ex aquæ cotyla siue sextario vno fiant decem aeris. Idem enim erit vtrumque, si eodem mensuretur. Alioquin id in quo comparatio fieret, homonymum esset.

Malè etiam de accretione: eam enim similitum appositione explicat.

Malè de generatione secundum naturā, quam casu euenire ait. Nam quæ secundū naturam fiunt, eodem semper sunt fiuntque modo, aut plerumque.

Malè de motu, & tenuiter: quia litem & amicitiam mouere dixit, nec modum exposuit.

Pessimè de anima, quam elementum esse voluit, aut ex elementis mixtam. vtrumque enim falsum. Si enim esset elementum. v.g. ignis, eius affectiones essent elementares: quales. v.g. igni competunt; sed tales non sunt animæ affectiones, vt scientiæ, memoria. Si verò ex iis mixta esset, eius affectio-

nes essent, plurium elementorum, atque adeo corporeæ; atharum, animæ affectionū scilicet, nulla corporea est. Sic enim interpretor, ex serie Græci contextus: quem nō satis diligenter expendunt Conimbricenses, qui quod de affectionibus dicit Aristoteles, ad animam traducunt. Nam τὰ στοιχία πῦρ ad τὰ πάθη, debere referri, Grammatica ipsa docet, & lex probæ constructionis.

*Error Cel-  
legij Co-  
nimbricæ-  
sis.*

*Ad Caput septimum.*

**M**ixtionis modus, quo videlicet elementa concurrunt & permiscentur ad generationem mixti, malè etiam ab Empedocle explicatur; qui mixta putauit fieri, καὶ ἄρα ἐκ πλίνθων καὶ λίθων τοῖχος, vt ex lateribus & lapidibus fit paries. Sic enim mistio esset συνθεσις, compositio, coaceruatio; nec possent è qualibet parte misti, vt carnis, elementa omnia prodire; vt nec è quauis parte muri educuntur lapides, & lateres. Hoc autem falsum. Debet ergo mixtio sic explicari: Cum calidum & frigidum aliæque primæ qualitates magis & minus suscipiant, possintque intendi & remitti: Itemque calidum & frigidum dicatur tribus modis, primò, simpliciter actu, id est, in gradu summo & excellentissimo, ἀπλῶς ἐντελεχία; secundò, potentia, διωάμει; tertio medio quodammodo, id est, in aliquo gradu, adeo vt aliquatenus vtrūque contrarium sit in eodem subiecto; atque, vt scholæ loquuntur, in gradibus remissis: Elementa ita miscentur, vt neque solum potentia, neque etiam simpliciter actu, id est, in sūma sua perfectione, eorum contrariæ qualitates in mixto remaneant, sed medio quodam modo, & refractis retusisque earum hyperochis seu exuperantiis, & in temperiem aliquam καὶ μεσοτήτα redactis; è qua quidem mediocritate & contēperatione oriuntur mixta, pro varia temperamenti proportione à se inuicè differentia. Et sicut ex elementis mixta componuntur; sic & in illa resoluuntur: adeo vt è mixtis elementa educi ac prodire dicantur, & quodammodo gigni per resolutionem, vt mixta ex illis per mixtionem, vel compositionem, generari.

*Modus  
mixtionis  
elementorum*

*Ad Caput octauum.*

**M**ixtum omne, circa medium mundi collocatum, ex omnibus elementis constat. Ex terra quidem; quia vnumquodque naturam eius rei, in cuius loco natū est, sortitur & participat. Ex aqua verò, quia necessum est mixtū concrecere, agglutinari, terminari, quod bellissimè præstathumor aqueus: quo scilicet terrea materies, quæ alioqui dissiparetur, figitur ac continetur.

*Constat om-  
ne mixtum  
omnibus  
elementis.*



Quod si terra & aqua coeant in mixtionem, aer etiam & ignis conuenient; quia perfectum mixtum fit e contrariorum temperamento: aer autem, terra; ignis, aqua, contraria sunt. Secundò, eadem est mixtorum omnium tam uiuentium quàm vita carentium ratio, quo ad mixtionem ex elementis: at uiuentia constant elementis omnibus. His enim simul permistis nutriuntur, vt plantæ aqua terræ mixta, & fimo. Omnia autem nutriuntur iis quibus constant. Solus ignis inter elementa nutritur: (nutritione impropria & per iuxta positionem, non propria & vitali per intus susceptionem:) quia nutriri eorum est quæ maximè sunt efficacia, formalia, actiua: vnde alimentum est veluti materia; quod autem alitur, vt forma ac species: At verò ignis solus & maximè inter elementa formæ est, vel quid maximè formale, id est, vt ego interpretor, efficacissimum. Hic etiam negligentès fuere Conimbricenses in examinando textu Græco, & eo scitè vertendo, qui genitiuum Græcum, τοῦ εἶδους, fecere Latinum nominatiuum, forma, contra sensum & mentem Aristotelis, & doctrinæ veritatem. Non enim ignis forma est, sed formæ efficacissimæ particeps, quia sursum ad terminum vniuersi suæ naturæ fertur, vbi est orbis cælestis; qui, vt & ipsi commentantur, maximè formalis est, id est, actiuus, & ad quem sublunaria sese habent, vt materia ad formam.

## Ad Caput nonum.

Causæ & principia communia eorum quæ oriuntur & intereunt, (fit autem generatio maximè circa medium mundi) prius explicari debent, quàm de iis particulatim dicatur. Sunt autem tria, vt in æternis primisque corporibus, id est, cælis; nempe materia, forma, efficiens. Materia est, potentia ad esse & non esse per quam res elementares oriuntur & intereunt. Forma siue species (ad quam reuocatur finis, quatenus formæ gratia efficiens agit,) est ratio substantiæ siue essentiæ cuiusque rei. Efficiens, ex sententia quidem Socratis, in Phædone, est idea materiæ expers & æterna; quæ sui impressione in materiam, καὶ τὴν μετέλλειψιν, causa est generationis; suo autem recessu & abiectione, καὶ τὴν ἀποβολὴν, causa corruptionis: ex aliorum verò opinione, efficiens est ipsa materia, à qua scilicet bene disposita motus est & omnium procreatio. Sed neutri rectè dicunt. Non Socrates, quia deberet continuè & semper idea generare; cum semper sit, vtpote æterna & immutabilis: itemque materia præsto sit semper. Secundò, in artificiosis præter formam & materiam datur efficiens eiusdem generis, nempe artifex.

Tom. I.

Sic in medicina facienda est corpus vt materia, sanitas vt forma, Medicus vt efficiens. Ergo in naturalibus præter materiam & formam erit efficiens, in eodem genere, qualis non est idea. Non alij, quia materia non est mouere aut agere; sed moueri & pati. In naturalibus autem & arte factis id efficiens dicitur, quod mouendi vim obtinet. Sed & eo errant isti turpius, quod formam καὶ τὴν ἀπὸ τῆς αἰτίας prætermittant, quæ scilicet actus est perfectio; atque adeo agendi munus sortitur, vt materia patiendi. At materia, inquirunt, per vires & potentias, vt calorem & frigus, tanquam per instrumenta agit. Verum omne instrumentum eatenus agit, quatenus à principali & efficiente causa mouetur. Quare necessaria semper erit efficiens causa principalis, à materia omnino differens. Hic locus materiarios quosdam medicos arguit conuincitque falsitatis, qui à materia agendi vim & facultatem repetunt, contra omnem Philosophiam: qua de re fusiùs dixi, in meæ Medicinæ compendioso, quod Libellum iatrológicum nominavi.

## Ad Caput decimum.

Motus cæli causa est perpetuæ seriei generationum: non tantum quia æternus est & continuus, & omni mutatione ac generatione prior; sed maximè quia admouet abmouetque id quod vim habet gignendi omnia, nempe Solem, aliâque sidera, quæ suo accessu & recessu generationum causæ sunt & corruptionum; ad quarum tamen vicissitudines necessariae sunt plurium orbium lationes, eæque variæ. Cui enim idem semper maneat primus orbis, eiusque conuersio sit maximè vna, semperque sui similis; si vnicus ille esset, & motus vnus ac simplex, certè esset tantum causa generationis, vel tantum corruptionis: cum idem manens idem, semper aptum sit facere idem: at extant mutationes in rebus diuersissimæ, nempe generationes & corruptiones; ergo referendæ sunt, non ad motum primi orbis vniformem, sed ad eum qui fit καὶ τὴν ὀβλίκον κύκλον, secundum obliquum circulum, nempe Zodiacum. Hic enim motus continuus est & perpetuus; & sic causa est perpetuæ seriei generationum: & præterea duplex & varius, & quodammodo contrarius, pro vt, nunc procul est, cum scilicet Solem abmouet abducit-ve versus Austrum, in Capricornum; nunc prope, dum Solem ad nos reducit versus Septentrionem. Sic enim accessu Solis fiunt generationes Vere, Æstate, recessu autem, corruptiones; Autumno & Hyeme. Hinc rei cuiusque vira & tempus

N ij

Quia  
triat  
ignisError col-  
legi Co-  
nimbri-  
censis.Causæ  
rum Physi-  
carum.Idea non  
est causa  
efficiens,  
Physica.Materia  
non est age-  
re, sed pati.Mutatio-  
nes Physica  
à cælo, ma-  
ximè à cir-  
culo obli-  
quo, siue  
Zodiaco.



πάντων  
τάξις.

Natura  
melius ap-  
petit, ut  
semper esse

Circulus  
generatio-  
num.

certo numero definitur, statisque periodis; non tamen iisdem. omnium quippe ordo est. Quanquam contingit res interdum suæ periodi metam non attingere, & non raro ante diem occumbere; ob causarum σύγκρισιν, confusionem, & materię ανωμαλίαν inæqualitatem. Sed & perpetuæ sunt Generationes & Corruptions, ob hanc maximè causam, quòd Natura præstabilius meliusque semper appetat: Melius autem est esse quàm non esse; & semper esse quàm aliquãdo; at verò non omnia semper esse possunt (in diuiduo supple) quia longè ab ipso esse di fonte & principio, nempe Deo, immortalis, distant: eo igitur qui restabat modo συνεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ Θεός, ἐντελεχῆ ποιήσας πᾶσι γένεσιν, compleuit vniuersum Deus, perpetuam continuamque faciens generationem. Vt nimirum omnia, etiam corruptibilia, perpetua essent; si non in particulari, saltem in specie. Quod commune summumque naturæ beneficium, non nisi Generationis continuæ subsidio fieri poterat. Atque hæc quidem perpetuitas non tantum à viuentibus affectatur, sed & ab elementis: quæ circularem ac sempiternum cœli motum imitantur, mutuarum generationum indefinenti ac reciproca vicissitudine ac veluti circulari: dum scilicet ab eodem ad idem regrediuntur, neque cessant vnquam. Vt cum ex aqua fit aer, ex aere ignis, & rursus ex igni aer, ex aere aqua, & ita deinceps sine fine. Vnde quia sic mutantur elementa, eorum nullū hæctenus (secundum se totum saltem) & à tempore infinito (mundum enim ab æterno posuit Aristoteles) vllò in certo statoque loco mansit, sed omnia susque deque oberrant, & summa imis, ima summis permiscuntur. Et cum motus perpetuus sit, est etiam mouens perpetuū vnum, ἀκίνητον, καὶ ἀσέννιτον, καὶ ἀσάλλαίωτον. Licet enim plures sint motus, atque adeo plures orbis, & plura mouentia; omnia tamen hæc quodammodo sub vno illo principio esse necessum est.

Ad Caput undecimum.

**V**Tentium alia necessariò sunt & simpliciter futura: alia non necessariò, quæ possunt esse & non esse: sic generationum quædam sunt necessariæ, quatenus videlicet ordinantur ad specierum conseruationem, quæ ad vniuersi ordinem necessariæ sunt: quædam non necessariæ sed contingentes, quæ scilicet ad hoc vel illud singulare terminantur, quod potest esse & non esse, nec per se sumptum ad vniuersi perfectionem necessariò spectat. Est enim necesse esse hominem, non Socratem; equum non bucephalum.

Si ergo posterius esse necesse est, valebit

consequentia à priori ad illud: ita ut si prius sit, sit etiam posterius, & tunc est reciprocatio. Vt si necesse est domum esse, non tantum necesse erit esse fundamentum μέλιον; sed & si fundamentum est, esse etiã domum, alioqui non retroagitur.

Sed progressus generationum, vel est re-ctus; cum scilicet formæ sibi succedentes specie differunt semper: vel circularis, cum ad easdem specie fit regressus. Priore modo generationes perpetuæ non sunt; vel enim essent finitæ, & sic non essent perpetuæ; vel infinitæ, sic species non seruari-entur; & nulla proinde generatio esset simpliciter necessaria. Specierum enim gratia generationes sunt necessariae. Posteriore igitur modo perpetuæ sunt generationes, quibus redeat idem specie perenni circuitio- ne, ut ex aqua aer, ex aere ignis, ex igne aer, ex aere aqua in infinitum. Qui genera- tionum circulus fit secundum cœli motum circularem, & motum Solis, vnde anni tem- pora in circulum etiam fiunt redeuntque. Porro quæ sempiterna sunt, eadem nume- ro per circuitum redeunt, ut Sol & astra. Quæ verò corruptibilia, non numero, sed specie redeunt eadem, ac per generationum vices reparantur. Vnde licet è vapore pluuia fiat, & è pluuia vapor, non tamen idem numero I dem spe- redit vapor: ut neque in animalibus, quo- c ier nasci- rum nullum idem numero renascitur: alio- sur, non nu- qui resurrectio mortuorum non esset mi- mero- raculosa.

Summa librorum quatuor Meteorologi-  
corum.

**D**E corpore simplici, cœlo scilicet & elemento, deque mutua elementorū commutatione, ortu, ac interitu communi, & mixtione, hæctenus. Restat ut de mixtis dicatur. Sed mixtum vel est imperfe-ctum, quod naturam formamque elemen- ti retinet, sed alteratam; ut nubes, quæ naturam retinet aquæ, è qua in uaporem sublata, & leuiore, & rariore, & subcali- da facta orta est: est enim nubes essentiali- ter aqua, (hinc enim facilè in pluuiam soluitur,) sed aqua excedens suas natiuitas qualitates, subcalida scilicet, leuior, rarior, quàm pura eius natura postulet: Vel perfe-ctū, quod ex elementis perfectè mixtis cõ- stat, formamque ab illis planè diuersam for- titur. Et hoc quidem, vel animatum est, siue viuens, ut herba, homo; vel inanimatum, ut lapis, metallū. De mixtis ergo imperfectis, quæ vulgo dicuntur μεταίτερα, id est, subli- mia, quòd eorum magna pars fiat in subli- mi, id est, in aere, agitur tribus primis libris Meteororum: de perfectis autem inanima- tis: vel potius de eorum affectionibus,

Si effectum  
est necessa-  
rium, vale-  
bit conse-  
quentia à  
causa ad  
effectum.  
eis εὐθὺς  
ἢ κωλύει.

Generatio-  
nes secun-  
dum circ-  
ulum sunt  
perpetuæ,  
non irre-  
ctum.

I dem spe-  
cier nasci-  
sur, non nu-  
mero.



quæ ipsis accidunt, ex primarum qualitatum diuersa actione & passione, ut sunt generatio, putrefactio, coctio, cruditas, durities, mollities, liquabilitas fragilitas, libro quarto. Qui tamen cum Meteora non tractet, expungitur à nonnullis à serie Meteorologicorum: & libris de ortu annexitur Obiectum itaque trium priorum, est mixtum imperfectum: quarti, perfectum, vitæ expers modo dicto. Nam de mixto perfecto animato, agitur libris de anima, & aliis quæ parua Naturalia vocitantur.

Primus igitur liber constat 14. capitibus, ubi de Meteoris igneis, ut Cometis; & de aqueis, ut nube, pluuia. Secundus, de maris, vêtis, tonitru, fulgure, terræ motu. Tertius, de flatibus, procella, typhone, de Meteoris etiam aëreis, & lucidis, ut Iride, Pareliis.

*Ad Caput primum.*

*Lib. I. Meteororum.*

**E**xplicanda Μετεωρολογία, id est, scientia eorum quæ in sublimi fiunt. Hæc autem sunt quæ accidunt quidem secundum naturam, sed ἀτακτοτέρα, inordinatiorem, minusque sibi constantem, quam sit cælestium corporum ordo. Fiunt tamen iuxta cælum: Ut Cometæ, lacteus circulus, φάσματα, apparitiones igneæ, de quibus dicendum; ut & de aqueis, aëreis, terreis. Deinde de animalibus & plantis. His enim pertractatis, absoluta erit vniuersa Physiologia.

*Aut se dicitur de plantis.*

*Ad Caput secundum.*

**M**undus sublunaris quodammodo continuus est supernis lationibus, id est, cælis, ut ille ab his regatur. Quare elementa cælis subiecta, ut ab his patiantur; sunt veluti materia eorum quæ fiunt. Ipsum autem cælum causa efficiens prima, vnde scilicet motus principium. A cælo igitur & elementis Meteora & alia omnia pendent.

*A cælo, & elementis alia omnia.*

*Ad Caput tertium.*

**E**lementa ex se mutuo fiunt. Terra cum ambientibus corporibus comparata, parua est. cum minor sit stellis pluribus, quæ nobis apparent minimæ. Dixerunt quidam spatium à terra ad cælum, esse aëre plenum, alij igne, alij vtroque. Malè; quia ignis, vel aër nimis excederent, & iamdiu aia elementa periissent. Ergo inter cælum & terram sunt ignis, aër, aqua, & ignis quidem cælo Lunæ contiguus est, & aëre superior, quia purior.

*Locus ignis*

Primum elementum, id est, cælum, suo motu rapidissimo, astra mundo inferiori ap-

Tom. I.

plicat, vnde calor in subiectis corporibus; *A motu igne, aëre, & maximè in terra, licet magis calidior distans: quia terra aëris iusima regione am-* bitur, quæ ideo calida est, quod vapores calidos humidos, qui sunt potentia aqua, & exhalationes calidas siccas, quæ sunt potentia ignis, recipiat: itemque reuerberati luminis radios terræ soliditate reflexos, ad eoque fortiores excipiat. Sunt enim aëris regiones tres: Suprema, quæ cum igni sit contermina, puriorque cæteris, semper calet. Infima quæ ob prædictas causas, calida etiã est: & Media, quæ frigida & densior: quia ibi sita est, ubi definit vis ignis superioris, & reflexionis inferioris: & hæc causa est, cur circa terram maior sit calor ab astris, quam in medio aëre, ubi fiunt nubes: Quia vapor materia nubis, in mediam illam regionem frigidiusculam ascendens, ibi densatur. Est enim frigidi densare. Hinc in suprema regione non fiunt nubes: quia pæne ignea est; & motu circulari agitata, concretionem prohibente: neque etiam venti, qui altissimos montes non transcendunt. Vt verò fiat calor motu, oportet eum esse celerem, nec abesse procul. Quod conuenit lationi vnius Solis. Stellæ enim fixæ licet celeriter ferantur, nimis tamen distans. Et Luna vicinior quidem est, sed pigra. Vnus igitur Sol maximè calefacit, alia astra minus; non tamen ideo ea calida sunt, actu scilicet & formaliter; nec ignita, ut sunt, ἀγδρῶμα excursiones stellarum vagarum, quæ ideo in cælo non fiunt, quod sunt ignita. Sunt enim Meteora ignea. Quod si Sol actu calidus esset, non appareret candidus, sed igneus, πυρώδης: At candidus apparet. Sunt igitur Sol, sidera, cæli calidi virtute, eminenter, non actu, nec formaliter ut ignis: & calefaciunt quidem, non tamen caleferi vnquam possunt.

*Aëris regio triplex.*

*Motus Solis, causa caloris, in terra.*

*Cælum & astra virtute, non actu calida.*

*Ad Caput quartum.*

*De ortu flammæ Meteoricarum.*

**F**lammæ in summo aëre apparentes sic fiunt. Sol terram calefaciens ex ea halitum educit: qui si calidus & siccus est, dicitur exhalatio; si calidus humidus, vapor. Sed licet vterque halitus simul ascendat, transcendit tamen exhalatio vaporem, quia leuior est. Cum ergo in supremam aëris regionem peruenit, ibi accenditur, & fumi modo inardescit; vel leuiore summi illius aëris, qui igni vicinus est, motu. Est enim flammæ sicci spiritus ardor. Et hæc quidem flammæ multitudine, paucitate, situ, figura differunt. Hinc stipulæ ardentes, torres, capræ, stellæ vagæ, quæ à figura nomen habent; fiuntque interdum ab exhalatione motu deflagante; interdum ab aëre frigidiori calidum secernente, & extrudente.

*αἰαῖ μίσις χαπνώδης.*

*φλόγης χαρῶ μύσας δαλῶς, αἰγῶν, ἀγῶντες ἀστῆρες.*

N iij



Inflam-  
tiones.

Atque ut suppositus lucernæ superiori ar-  
denti fumus faciliè inflammabilis inferio-  
ris lucernæ recens extinctæ, totus vide-  
tur subito accendi; sic in aëre, exhalatio-  
ne multa leui occasione accensa, videtur  
multus aër subito exardescere. Hinc ex-  
cursus stellarum cadentiū celerrimus. Ap-  
parent verò hæc ὑπεκχέυματα nocte sere-  
na, rarò interdiu: & sub globo Lunæ, ut  
testatur eorum celeritas, proiectorum citis-  
simo motui similis: ita ut vi deantur moueri  
celerius Stellis, & Sole; quod accidit, quia  
sunt nobis propiora.

Ad Caput quintum.

Περὶ φασμάτων.

χάσματα  
βόθρνοι,  
ἢ αἵματα  
δι' ἡρώματα  
ἔα.

IN cælo, id est, in aëre, phasmata siue ap-  
parentiæ, ut hiatus, voragine, fouea, co-  
lores sanguinei, fiunt ab eadem causa, id est,  
ab exhalatione, per luminis refractionem  
variis distincta coloribus, puniceo maximè  
& purpureo, qui ex igneo & candido misti  
oriuntur. Sed clariores sunt, qui in exhalatione rariori; obscuriores, qui in crassiori.  
Phasmata parum durant, ob materiam euanidam: nec videntur summa die ob diurni luminis vim & copiam; nec summa nocte, ob nimiam obscuritatem. Hiatus fit lumine atrum ambiente, vnde media apparet profunditas.

Ad Caput sextum.

Περὶ κομητῶν.

COMETA non est σύμφασσις siue coappari-  
tione planetarum sibi vicinorum, ad se  
suum lumem alternatim refundentium, ut  
voluerit Anaxagoras & Democritus, Quia  
dissoluto cometa semper apparent stellæ  
multæ, quod non fit. Secundò, constat  
sæpe iungi & coire planetas, etiam cum  
aliis; neque tamen ideo nasci Cometam.  
Non est etiam Cometa, vnus è planetis  
qui lateat sub Sole pæne semper; & cum  
ab eo digreditur, videatur; ut Pythagoras  
& Itali dixerit: vel qui comam capiat  
à loco, Sole humorem ad ipsum eleuan-  
te, aut alio quouis modo, ut Hippocrates  
& Æschylus voluit: quia planetæ omnes  
sub Zodiaco deerrant semper: at visi sunt  
Cometæ extra Zodiacum.

Ad Caput septimum.

EFFICIENS causa Cometæ est Sol & Astra.  
Materialis, exhalatio, calida, sicca, plu-  
rima, densa, compacta, sicque inflammabi-  
lis, ut nec multum exuratur, nec citò extin-  
guatur, sed continuò diūque perduret; at-  
que adeo ad eius semel inflammatæ pabu-  
lum ascendat subuolētque consimilis exha-

latio, Dicitur ergo Cometes siue stella cri-  
nita, cum vndiquaque similis est & coma-  
rum modo in vertice hispida; pogonias,  
cum oblonga, instar barbæ. Cometam esse  
igneæ constitutionis, patet: quia cum appa-  
ret, venti exurgunt, siccitates, squalores.  
Apparet autem rarò, isque ferè vnicus &  
extra Tropicos; quia eius materia dissipatur  
ab astris, & sole præsertim, qui Tropicos  
non prætergreditur.

Ad Caput octauum.

TO γάλα, lac, id est, circulus lacteus,  
non est locus, siue pars cæli, vltione  
facta candidior, à cæli Phaetontea conflagratione fabulosa. Similem enim ob causã  
Zodiacus, sub quo semper Sol decurrit &  
planeta, iamdiu deflagrasset & incãduisset.  
Non est etiam lumen astrorum proprium,  
quod eorum congregatione, & Sole absente,  
terraque interposita videatur, ut dixit Anaxagoras. Quia lac in eisdem astris est sē-  
per; at tale lumen sine Sole in diuersis astris  
esse posset. Adde quòd fieri nō potest, quin  
Sol omnia astra illustret: licet enim terra in-  
terponatur, non impedit tamen eius vmbra  
aspectum Solis, tota terra longè maioris; id  
est, quominus Sol astra à terra maximè di-  
stantia illustret: quia conus vmbre terre de-  
ficit circa astra. Neque etiam lac est refra-  
ctio radiorum Solis: quia nocte lac apparet  
in aqua, vbi nulla refractione.

Est ergo lac, exhalatio multa, virtute a-  
strorum plurimorum, quæ in via illa, siue  
cælesti circulo, lacteo dicto, clarissimè ful-  
gēs, eleuata; in qua recipitur, refringiturque  
lumen astrorum illic existentium, & illius  
partis cæli: vnde apparet circulus magnus  
& lacteo candore conspicuus, ut sub astri  
rotunditate, halo vel corona. Si enim vnum  
astrum materiam Cometæ potest eleuare;  
multò magis stellæ multæ in illa cæli lactea  
parte splendentes, & ἀσπράδες dictæ mate-  
riam lactei circuli sustollent. Sed & fit la-  
cteus circulus extra Tropicos, ut Cometa:  
quod arguit, ipsum à multa exhalatione fie-  
ri. Ibi enim vis est & copia exhalationum  
longè maior quàm intra Tropicos. Notabis  
perite lector, multis summisque viris non  
probari hanc de lacteo circulo sententiam:  
qui statuunt, lacteum circulum non esse  
μετέωρον: aut quid ab exhalatione natum; sed  
veram cæli octaui, quod dicitur firmamen-  
tum, partem, siue Zonam, per Geminos &  
Sagittarium, transeuntem; vel sua densitate,  
vel stellarum minimarum magna fre-  
quentia splendentem. Quas quidem stellas  
videri nunc dioptrici instrumentis aiunt,  
siue ocularibus Mathematicis nuperrimè  
inuentis.



## Ad Caput nonum.

**A** Gendum de iis quæ fiunt in medio, & imo aëre, vt de pluuia, nube, caligine, rore, pruina. Causa efficiens pluuia, est Sol maximè: materialis, vapor; qui halitus est aquæ. Cùm enim Sol, aliâque astra excitant vaporem ex aquis & humentibus locis; sursumq; eleuant in mediam aëris regionem, ibi diu suspensus densatur loci frigore, & in aquæ guttas soluitur; quæ si minutatim defluant, *ψεγάδες*, stillæ, dicuntur; si maiores sint; *ὕετος*, pluuia. Sed vapor ille crassior, qui in aëre suspensus videtur, & ex aëre in aquam mutari solet, est nubes, *νέφος*. Caligo autem *ὀμίχλη*, siue nebula, est nubes in aquam concretæ superfluitas; siue nubes infœcunda, *σημεῖον ἐυδίας*, signum serenitatis.

## Ad Caput decimum.

**V**apor calore exiguo interdum eleuatus non longè à terra; dum densior factus descendit, concepto per noctem frigore, ros fit *δρόσος*, vel pruina, *πάχνη*. Pruina quidem, cum vapor antè congelascit, quàm soluat in aquam, vnde hyeme & hyemalibus, id est, frigidioribus locis, pruina gignitur, Gallicè *frimas*. Ros autem, cum vapor in aquam sic concreuit, vt calor tepens, *ἡ ἀλέα*, non potuerit eum dissipare aut exiccare; nec frigus congelare. Ros & pruina fiunt nocte serena & à ventis silente, in locis depressioribus prope terram. Non enim eorum materia consistere posset in summis montium, vbi spirant venti; imò neque tam altè surrigitur ob densitatem, & caloris inopiam.

## Ad Caput undecimum.

**N**ix, *χιών*, est nubes congelata, frigidæ tempestatis & regionis index. Pluuia & ros, pruina & nix, sola fere paucitate & multitudine differunt.

## Ad Caput duodecimum.

**G**randis, *χάλαζα*, licèt sit *κρύσταλλος*, Glacies, non fit ramentum frigore hyemali, cum perrarò hyeme, sæpius æstate, sæpissime vèrè & autumnò contingat. Nempe quia grandis fit per antiperistasin siue contrariorum circumobstantiam, putà caloris & frigoris; cum nubes calido tempore in mediam regionem, tunc per antiperistasin, frigidiorè sublata, ibi citò refrigeratur, densatur, & in guttas maiores concreuit; quæ maiore etiam impetu decedentes, vbi in infimam aëris regionem, quæ tunc calida

est, peruenere, ibi per antiperistasin congelascunt & indurantur, vrgente scilicet calore externo infimæ regionis, & aciente internum frigus guttarum decidentium: quæ sic congelatæ, grandines fiunt; eò maiores quo propius, eò minores, quò longius à terra gignuntur. Aquam vt citius refrigerent multi & concrefcere promptius faciât, eam Soli exponunt. Et Ponti accolæ supra glaciem domunculas extruentes ad capturam piscium, aquam calidam arundinibus circumfundunt, vt citius duretur in gelu: vtuntur enim glacie, vt plumbo. Sed vt in Arabia & Æthiopia fiunt maiores imbres æstate, & die eodem frequentiores quàm nocte: & hæc quidem omnia, vt grandinis generatio, vnam ob causam fiunt, quæ est antiperistasis.

*ἀντιπε-  
ρίστασις;  
est causa  
multorum  
effectuum*

## Ad Caput decimumtertium.

**D**icendum *ἀεὶ ἀέμων ἔπνευμάτων, ποταμῶν, ἑθαλάττης*, de ventis, flatibus, fluuiis & mari. Ventum dixerunt quidam esse aërem commotum & fluitantem: sicvti aer densus & concretus est nubes, & aqua: itavt venti omnes ideo sint vnus ventus, quia aer omnis in otum subiens, est vbiq; idem: licèt discrimen sit ratione loci. Sed quid & vnde ventus, & an quasi à vase quodam fluat, aut tanquam ex vtribus; aut, vt pictores depingunt, ex seipsis initium flatus emittant, dignum est consideratione. Ac de fluuiorum quidem ortu, haud etiam aliter censuere: Fieri nimirum ex aquâ pluuiâ copiosissimâ hyeme in terræ conceptaculis collecta, quæ si ex alueis suis tanta vbertate effluat, vt non antè consumatur & exarescat, quàm aliæ pluuiæ sequenti hyeme redierint, perennes fiant fluuij; secus, perennes. Sed fidem excedit hæc opinio. Aquæ enim illæ è quibus continuè manarent maiores fluuij etiam in annum, sunt maiores terra: quomodo ergo possent in certis terræ conceptaculis contineri? Esto, id fiat in aquis siue fluuiolis deficientibus. Vt ergo aer supra terram densatus, fit vapor: & vapor per frigus fit aqua; sic & in terræ conceptaculis cauernisque frigidioribus idem contingit, vt fluxu, sic & mutatione continua; sed primò fiunt stillæ exiguæ, quæ coeunt in guttas maiores. Hinc fontes & scaturigines, *ραινίδες*, principia fluuiorum, cum scilicet in vnam terræ partem copiosè confluunt. Hinc è montibus maximis & cauernosis magna flumina, *ἑλίμνας ἑπιγὰς*, stagna & fontes oriri cernimus.

*Origo fontium, & fluuiorum.*



Ad Caput decimumquartum.

**M**Vtantur loca terræ, fiuntque nunc humida & aquosa; nunc sicca; ob fluuiorum novos ortus ac defectiones; vel maris accessum & recessum, secundum certos ordines ac periodos. Habent enim terræ partes, suam veluti iuventutem siue vigorem & senium, ἀκμὴν ἔχουσιν: ut plantæ & animalia: idque à calore & conuersione Solis: ita ut inundatio locorum sit quasi iuuentus; exiccatio, senectus: vtraque verò fit per vices & circuitus infinitos. Hinc desertæ fiunt regiones: hinc dixerunt quidam mundum sæpe renouari: quanquam hoc falsum. Est enim parua admodum illa terræ & regionum mutatio respectu mundi: cum terræ moles nihil sit, cum toto cœlo comparata. Talis ergo mutationis causa, est magna aliqua hyems periodica. ἡ ἀσπίς καὶ τὰ κλυσιμὸς, excessus imbrium, vel diluuium certis temporum spatiis adueniens: nec semper iisdem locis fluminum perennium causæ sunt loca altissima, densa, frigida, gignendis seruandisque aquis idonea: deficientium humiliora, siue montium μικρὰ συστάσεις, συμφά, λιθάεις, ἔργιλώδεις, productiones pusillæ, fungosæ, lapidosæ, argillosæ, aquis generandis, diuè continendis ineptæ. Quanquam fluuij propriè perpetui nulli sint: cum omnes suas habeant fluendi periodos; nec semper loca eadem præterfluant, ut nec ipsum mare. Quod docet Ægyptus aliæque regiones. Quare cum Tempus & Vniuersum æterna sint, Nilus & Tanais non semper fluxerunt; & ea, vnde primò prodierunt, loca olim arida fuère. Tempus enim permutat omnia.

terra loca suam habent iuuentutem suam que seniu.

Error Aristotelis de infinita duratione mundi.

πὶ κατὰ κλυσιμὸς.

Causa fluuiorum perennium & deficientium.

Liber Secundus Meteororum.

**C**ONstat capitibus nouem, partibus quatuor. I. est de mari. II. de ventis. III. de terræ motu. IV. de Tonitru & fulgure.

Ad Caput Primum.

**V**Eteres ἀπὸ τῆς θεολογίας ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν, mare dixerunt à fontibus ortum esse. Malè: quia Rubrum mare, Hyrcanicum, Caspium, à fontibus nullis oriuntur. Alij dixerunt, terram principio aquis opertam fuisse; sed ex vna parte fuisse exiccata feruore Solis, eiusque ac Lunæ conuersionibus, & quod superest, esse mare; futurumque tandem, ut tota terra inarescat. Alij denique dixerunt, mare esse sudorem Terræ, à Sole calefactæ: & hinc esse falsum,

ἀπὸ τῆς θεολογίας ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν.

Mare sudor terra.

quia sudor falsus est: ut enim aqua per cineres colata, falsa est; sic mare terræ admixtum. Mouetur fluitque mare; quia in fretis angustioribus coactum, hinc refluat, in amplum sese diffundens; Sed & fluit à Septentrione ad Austrum: quia terra Septentrionalis altior est; humilior, australis: & fluuij multi à Septentrione decurrunt in mare.

Ad Cap. secundum.

**M**ARE esse corpus & principium omnis aque putarunt veteres, à quo fluant, & in quod refluant amnes: qui ideo dulces sunt, & potulenti; quòd aqua marina percolata, è qua fiunt, dulcescat. At quomodo aqua illa marina falsa & crassior, poterit dici principium aliarum aquarum subtiliorum & simpliciorum & potabilium? Mare terram alluit & circumdat, inquit alij, ut mare, aër; aërem, ignis. Sol autem è mari dulciores & subtiliores aquas euocat, in vapores mutat, quibus alitur. Sed hi risu digni sunt, quia vapores concreti redeunt in terram: neque Sol alitur, ne quidem ut ignis; qui continuè fit nouus addito pabulo. Sol enim non denuo aut continuè generatur. Dixit Socrates, Tartarum, ingentem terræ fossam, esse originem maris & aquarum omnium: dum, quas euomit aquas, identidem resorbet: aquas verò colores & sapes varios contrahere à variis locis. Sed falsò, quia non semper refluant aquæ ad eum locum, è quo fluxerunt. Neque est ratio, cur aqua in profundo Tartaro posita deorsum; illinc exurgat sursum, & resorbeat. Locus ergo aquæ est concauum aëris: sed hunc locum, qui aquæ est naturalis, mare terram ambiens, nunc occupat; quia dulcis & subtilior aqua, sursum calore Solis eleuatur: falsa autem, crassior & terrea, quæ dicitur mare, subsidet: & hæc causa est, cur aquæ omnes fluant in mare; quòd scilicet aquæ locum occupet, eumque maximè concauum. At si aquæ, fluuiique omnes remeant in mare: cur, inquires, mare non fit maius? Ratio est, quia quantum aque dulcis in mare deuoluitur, tantum à Sole consumitur & resoluitur: dum aqua illa in mare deducta, ex arcto & angusto effunditur in vastam amplitudinem: sic enim in latum effusa citò resiccatur & resoluitur: ut si cyathum aquæ in mensam amplissimam effundas: citissimè enim aqua sic expansa dissipabitur.

Nō alitur Sol vaporibus.

Mare est aqua falsa crassior, & terrea.

Cur accessu fluuio-rum mare non fit maius.

Ad Cap. tertium.

**Q**VI mare defecturum aiunt, Æsopi fabulas narrant: est enim, ut mundus, sempiternum. De falsedine alij alia dicunt.



Tenendum, mare esse falsum aliquo terre-  
stri adusto admixto, scilicet exhalatione,  
quæ mari admisceatur. Nam à summo ma-  
ri dulcis vapor eleuatur; à fundo autem, So-  
lis feruore adusto, exhalatio: quæ per mare  
transiens, & cum vapore etiam ascendens,  
atque in mare relabens, inducit, ἀλμυρότη-  
ς, saluginem: non secus atque cineres  
per aquam sapius transeuntes eam falsam  
faciunt. Salsedinem verò esse ab adusto  
terrestri permixto, indicant pluuiaustra-  
les, & primæ autumnales; quæ ob mixtas  
exhalationes, falsæ sunt. Sed & aqua ma-  
ris, ob mixtas terrestres & vstas exhalatio-  
nes, calidior est, crassior & grauior aliis, i-  
deoque magnis nauibus portandis apta,  
non fluuiatilis. Eandem ob causam, vas  
cereum bene elausum & circumligatum in  
mari demersum, solam dulcem aquam ad-  
mittit, relictis falsis partibus crassis & ter-  
reis vitis; quas ob suorum pororum tenui-  
tatem, non potest excipere. Et in Palæsti-  
næ quodam lacu ob aquæ falsæ crassitiem,  
nec homo licet vincus, nec iumentum  
mergitur, sed supernatat: & oua etiam ple-  
na, aquæ plurimum falsæ innatant. Ex  
Chæoniæ fonte falso fit sal niueus, relicto  
per decoctionem & euaporationem crassio-  
re vstoque sedimento. Est enim Sal adu-  
stæ terræ species, quæ frigido & humido  
soluitur, calido & sicco concrefcit & indu-  
ratur. Hinc Umbri ex arundinum & iun-  
corum cineribus coctis salem conficiunt.  
Quotquot autem fluuij fontisque falsi sunt,  
eos aliquando incaluisse oportet: deinde  
ignis principium extinctum fuisse; ita ta-  
men vt terra, δι' ἧς διασχοῦται, per quam  
transmissi colantur, remaneat, οἶον κοία &  
πέφρα, vt cinis & calx. Sed & passim fluunt  
amnes, fontisque variis affecti saporibus,  
& coloribus ab igne virtute iis impressa,  
per terras plus minus, ignem expertas, συ-  
μμελας & κοίας, aluminis & calcis & similibus  
facultatibus plenas. Hinc fontes quidam  
acidi, quorum aqua, quæ dicitur ὀξάλμη,  
acida muria, tanquam aceto vtuntur inco-  
læ in Sicilia: quidam amari. Quæ omnia  
ab igneo calore terram adurente proficif-  
cuntur. Terra autem vsta omnis potentia  
calida est; vt adusta omnia: quod satis pro-  
bant calx, cineres, & sedimenta animalium:  
quæ ideo calida sunt, saltem potentia;  
quod vstionem passa sint.

## Ad Cap. quartum.

Ventorum & flatuum causa efficiens,  
Sol & astra: materialis, exhalatio, ca-  
lida, sicca. Est enim, ἀναθυμίασις, Hali-  
tus simul ascendens duplex ἀμιδωδης, siue  
humidus & vaporosus vnus: è quo pluuia:  
καπνώδης, siue fumidus, alter, & siccus;

vnde venti. Nam quo plures eleuantur  
exhalationes, eo venti crebriores sunt: &  
ventus cessare facit pluuiam: & contra,  
quia scilicet sibi aduersantur, fitque mutua  
eorum commutatio. Denique vbi eleuan-  
tur multæ exhalationes, vt in Septentrione  
& Meridie, ibi multi venti: vbi pauca, vt  
intra Tropicos, & in Ortū & Occasū, pau-  
ci. Sol enim has permeans vias, materiam  
dissipat & consumit. Quanquam & vehe-  
mens frigus suffocat exhalationes. Ven-  
torum frequentissimi, Aquilones, βορρῆες  
νότοι, & Austri, quia Sol hæc loca non adit.  
Venti oblique mouentur, initio parui,  
longè verò abeuntes, maximi; vt flumina.  
Licet enim sursum recta ascendant exha-  
lationes, iis tamen obuia fiunt nubes, me-  
diæque obstat aëris regio; cuius frigore re-  
pelluntur, & ad latus, atque in obli-  
quum meare coguntur; magnas circum  
terram, & in ima regione aëris turbas ex-  
citantes.

## Ad Caput quintum.

Ventos sedat, excitatque Sol. Se-  
dat, cum materiam dissoluit, terram-  
que assiccat, antequam multum exhalauerit:  
excitat, modo contrario. Fiunt αἱ  
νεμελας, siue tranquillitates, summo fri-  
gore, & summo æstu. Quinque sunt in  
terra Zonæ. Prima, feruida & inhabitabi-  
lis, quam Sol decurrit: Secunda, tempera-  
ta, inter primam sita & circulum arcticum.  
Tertia, arctica, frigore nimio inhabitabi-  
lis. Quarta, temperata & habitabilis, in-  
ter primam & poli antarctici circulum.  
Quinta, antarctica frigidissima, inhabita-  
bilis. Terra habitabilis tympani figuram  
refert: quia maior est eius longitudo, quæ  
est à columnis Herculis ad terram Indicam;  
quàm latitudo; quæ est ab Æthiopia ha-  
bitabili, ad Mæotin & Scythiam etiam ha-  
bitabilem. Vt ergo ventos in terra nostra  
habitabili agnoscimus, sic consimiles in op-  
posita oportet supponere. Sed caue, Le-  
ctor, ab hac Aristotelica terræ habitabilis  
& inhabitabilis descriptione; quam esse  
falsam recentiorum nauigationes nouissi-  
mæ testantur.

## Ad Cap. sextum.

VT intelligatur situs & contrarietas  
ventorum, opus est quadam hypogra-  
phe seu descriptione. Sit ergo horison,  
(circulus ille qui partem cæli visam, siue  
hemisphærium nostrum, à parte non visa,  
id est, ab altero hemisphærio diuidit,) in  
quo litteræ & puncta è diametro opposita  
notentur. Singula puncta singulos ventos,  
eorumque numerum, positionem & con-

Pluuia  
ventos se-  
dat.

Venti obli-  
que mo-  
uentur.

Quinque  
sunt in  
terra Zo-  
na.

περὶ τῆς  
τῆς αἰέ-  
μας γέ-  
σεως.

ἀλ-  
μυρότη-  
τος.

De hoc  
lacu Gale-  
nus lib. 4.  
simpl. c.  
20.  
Iosephus  
de bello  
Iud.  
Strabo.  
Quid Sal.



trarietatem indicabunt. Ij enim contrarij venti sunt, qui è diametro siti sunt. A ergo erit Ζέφυρος, Fauonius, in Occidente æquinoctiali situs. B, erit ἀπηνιότις, Subsolanus, in Oriente æquinoctiali, η, βορέας & ἀπηνιότις, Aquilo & Septentrio, in Arcto siue Vr̄sa. θ. νότος, Auster in Meridie. ζ. χειμίας, Cæcias, in Oriente æstiuo. υ, λίψ. Africus, in Occidente hyberno, δ: εὐρος, Eurus, Vulturinus, in Oriente hyberno, vicinus Africo: vnde Euronoti. ε; ἀργότις, Argestes, vel Sciron, Corus in occasu æstiuo, id est, θεσσαίος. inter Corum, siue Argestem & Septentrionem. κ. μέσος. Menses inter Cæciam & Septentrionem. Sed his duobus nulli contrarij nisi forte Phœnicias, Thrasciæ. Hinc aiunt esse quidem duodecim ventos, licet vndecim tantum hîc exprimantur; sed quatuor esse principes, Subsolanum, Fauonium, Austrum, Boream: & Australes, calidos; Boreales, frigidus; Orientales, minùs calidos Australibus; Occidentales, minùs frigidus Borealibus. Ex parte autem Boreali plures assurgere: quia illic abundant aquæ & niues, quæ solutæ spiraminum materiam præstât.

*oppositi è diametro venti non spirant simul.* Venti è diametro oppositi non possunt simul spirare, sed qui potentior est, præualet & spirat; qui debilior, cessat. Possunt verò alij quicunque simul flare. Oppositi, oppositis flant tempestatibus: & interdum idem, interdum oppositum faciunt. Alij tepidi, sicci, humidi, sereni, grandinosi, niuosi. Dicitur Cæcias trahere nubes, quòd in se reflectatur. Hinc prouerbium, *trahit ad se malum, vt Cæcias nubem.* Venti qui nubibus excussi sæuiunt, dicuntur ἐκρησίου procellæ; fiuntque, cum aliis flantibus, alij ingruunt, Vêre; Autumno. Etesia, flatus sunt anniuersarij, saluberrimi, à Septentrione siue Arcto incipiêtes, & longè abeuntes. Oriuntur cum canicula post Solstitium æstiuum, colliquatis locorum Septentrionalium, vade prodeunt, niuibus: ex cap. 5. vt ardorem æstiuum temperent, aerem inquinamentis repurgent, pestis seminaria pellant. Hinc scoparij dicti, quòd aerem scoparum in modum verrant.

*Ad Caput septimum.*

*τῆς σει-*  
*σμοῦ.* **T**erræ motus non fit ab æthere, siue igne, aut aere ex altero hemisphærio terram inferiorem subeunte, & superiorem, exitus gratia quatiente; vt pueriliter credidit Anaxagoras: non est enim pars terræ, quam incolimus, altera opposita superior. Neque ignis, aut aer ibi, aliter quàm hîc mouetur. Non fit etiam terræ motus ab aqua exuberante in terræ conceptaculis, vt dixit Democritus; quia potius à concus-

sione prohibetur terra, fitque firmior aquæ pondere. Non denique à madore terræ aut siccitate, fit terræ motus, vt putauit Anaximenes: quia creberrimi fuissent hactenus terræ motus: cum sæpe pluuiis maderet, sæpe siccitatibus squalleat. Adde quòd fiunt terræ motus in locis nec nimium madentibus & humidis, nec nimium siccis.

*Ad Cap. octauum.*

**C**ausæ τῆς σεισμοῦ & κινήσεως γῆς, concussionis & motus terræ, efficiens quidem Sol, astra, spiritus terra inclusus, qui sua tenuitate, celeritate, vehementia, vim habet maximè mouendi: Materialis, ipsa terra, quæ exhalationibus coercitis abundans, rumpitur. Cum enim terra naturaliter sicca, sed aquas continens, Solis feruore, igneisque quibus seater, corporibus incaluit, multas exhalationes, spiritumve copiosum facilè concipit: qui cum subtilis sit, vehemens, leuis ac longè celerrimus, huc illuc per terræ ventrem & conceptacula inclusus vagatur & discurret, exitum quærens & libertatem, quam tandem collisione inflammatus, ipse sibi facit, terram violenter quatens & dirumpens.

Esse verò terræ motum ab exhalationibus, signa multa demonstrant. Fit enim cum nimia in aere tranquillitas est, inclusis terra & asseruatis exhalationibus, idque noctu, diluculo, & meridie; si quando, die fiat: & in locis cauernosis & inanibus, quæ mare vrget, repellendo intus exhalationes, vt circa Helespontum, Siciliam: & temporibus exhalationi generandæ dicatis, Vêre, & Autumno. Sed & constat ab exhalatione constrieta sonum fieri & fragorem, vt in lignis in igne crepitantibus. Durat terræ motus interdum per 40. dies: audiuntur tunc fragores & soni pro varietate locorum diuersi. Mugit & boat tunc terra: atque quasi plorabunda aquas passim profundit vberimas, cum copia lapillorum.

*Ad Cap. nonum.*

**I**dem principium & causæ ἀστράτης, ἑρποντῆς, τυφῶνος, ἀρηστῆρος, κεραυῶν, fulguris, tonitruui, vorticis, turbinis accensi, fulminum: nempe exhalatio, vt materia; Sol; vt efficiens. Sed Tonitruum fit, cum exhalatio, crassa nube, sed in summa parte, densiori & frigidiori inclusa, magno impetu nubem mouet & exagitat, eiusque latera validissimè concutit, ac tandem dirumpit, vnde sonus & ingens fragor, qui propriè Tonitru est, pro causæ nubis, & τῆς βροντῆς densi rarique varietate differens. Potest



hic sonus explicari per crepitum, è lignis siccis, dum vruntur, editum; cum spiritus eorum, poris inclusus, exitum quærit. Et exhalatio quidem, cum summæ parti nubis, quæ frigidior est & densior, occurrit, valido vibrata impetu subtiliter accenditur; cuius incendij apparitio fulgur est ac coruscatio. Eadem autem exhalatio sæpius in imum violenter detruditur, contrariam densitati partem; quæ si flammam conceperit, & vi emissã fuerit, fulmen est; si verò sine flamma proruat, ecnephias & typhones parit. Et licet videatur fulgur, antequam audiatur Tonitruum, fit tamen Tonitruum ante fulgurationem. Quod accidit, quia visus auditum anteuertit. Ex his apparet errasse Anaxagoram, qui putauit ignem è suâ spherâ in nubem cadere, in quâ cum emicat, fulgur videri; cum extinguitur, & extinctione stridet, tonitruum audiri. Non enim descendit ignis. Item Empedoclem, qui dixit ignem segregari in nube, ex radiis concurrentibus, & se sæpe replicantibus, talisque ignis emicationem, esse fulgurationem; extinctionis verò crepitum, tonitru. Nam cum incalescit aqua Sole vel igne, nunquam apparet eiusmodi segregatio, quæ pari iure deberet apparere. Denique Clidemum, qui voluit fulgur apparere, non quidem ob ignem, sed ob collisionem nubium, vt in aqua accidit, quæ de nocte percussa fulgorem emittit. Nam quod in aqua deprehenditur, à refractione est, *ἀνάκλασιν* Græci vocant: in collisione autem nubis, nihil tale: & fit fulguratio die; aquæ autem virga percussæ fulgor, nocte. Videtur verò percussa fulgere, refracto ab ea visu, ad quidpiam lucidum. Et quoniam maius lumen offuscat & obtundit minus, fulgor ille exiguus non videtur interdiu. Et hæc quidem ex libro secundo.

*Liber Tertius Meteororum.*

**H**abet sex capita, partes tres. I. est de Meteoris calidis siccis, quæ fiunt in media regione, ecnephia, prestere, typhonibus, fulminibus. II. de Meteoris lucidis, halone siue area, Iride, virgis, pareliis. III. de iis quæ in terra fiunt, quæ duorum sunt generum; alia enim fossilia vocantur, alia metallica.

*Ad Cap. primum.*

**V**t è subtiliore spiritu, & in partes exiguas sparsim diffuso, atque è nube excreto fiunt tonitrua & fulgura; sic è multo & densiore, dum altius ascendere nititur & à forti nube deorsum violenter repellitur, fit

procella siue ventus tumultuosus & vehemens, *ὀκνέφιας*, dictus, quasi *ὀκνεφῶν*, è nubibus erumpens, multos imbres mox aduehens, ex relicta nube humida & statim liquata. Quod si excussus è nube flatus, in alteram adhuc incurrendo *ἀντιτυπήσει*, repercutiatur; & quasi ventus *ἐξ εὐρέος εἰς στενὸν*, ex lato in angustum, vt in portis & viis fieri cernimus, adactus, in circulum, & *δίνω*, siue vertiginem, torqueatur, fit vortex, *τυφῶν*, sic dictus, *ἀπὸ τῆς πίπτον σφαιρῶς*, quod validè & vehementer verberet & quatiat. Est enim Typhon præcipua nauigantium pestis, partem nubis secum trahens, circulos agens, arbores & nauigia confringens. Contingit verò vt flatus isti adeo sæuientes & agitati per antiperistasin, vel collisionem & repercussum attenuentur & accendantur, & tunc fit incensio *πρηστία*. Quod si è nube flatus multus ac tenuis erumpat, fit *κεραυὸς*, fulmen: & hoc si tenue sit & clarum, itavt non adurat, nec inquinet, sed penetret celerrimè, *ἀρῶς* vocant: si verò tardius sit & inquinet inficiatque transeundo, neque tamen vrat, sed penetret, *φολόεντα*, id est, fumidum, nominant. Hinc quæ corpora fulmini obsistunt, patiuntur & consumuntur; quæ cedunt, minimè. Sic *ἀσπίδος χαλκωμα ἐπίτακῃ*, τὸ δὲ ξύλον οὐδὲν ἔπαθε: clypei æs liquatum est, lignum verò nihil passum. Fulmina antecedunt & comitantur spiritus, licet non videantur; quia colorati non sunt. Hinc enim quod fulmine icitur, prius mouetur & agitur, quàm percutiatur. Fulmina etiam & tonitrua nubem findunt dissipantque non sono, sed spiritu; qui si percutiat, findit diuiditque, non vrit.

*Ad Caput secundum,  
& tertium.*

**D**icendum de Meteoris lucidis, quæ in nubibus apparent, nempe *αἰεὶ ἄλω ἔϊεδος*, *Ἐπαρηλίων*, *Ἐράβδων*, id est, de area siue corona, Iride siue arcu cælesti, pareliis, & bacillis siue virgis. Area igitur circuli formam vt plurimum exhibet circa Solem, Lunam, & stellas splendidiore, nocte, die, ante & post meridiem: sed mane & serò rarius. Iris nunquam circulus est, nec maior semicirculo. Fit maior, Sole ad Orientem vel Occasum existente: minor, dum altior est. Apparet post æquinoctium Autumnale dum breuiore sunt dies, qualibet hora. Longioribus diebus non oritur meridie: non apparent Irides plures duabus: vtraque tricolor. Exterioris tamen colores obscuriores, & contrario ordine dispositi. Interioris colores, siue *χρώματα*, τὸ φοινικῶν, *πράσινον*, *ἀλουργόν*, puniceus, viridis, purpureus. Parelij &



virgæ die & circa Solem fiunt descendentes, vel ascendentes, sæpius Occidentem. Horum omnium vna causa, scilicet refractione; differunt tamen modis, secundum diuersa lucida, à quibus fiunt. Area ergo fit, cum in æquabili nube exiguis partibus constante & circum, vel sub astro, nempe Luna, consistente, excipitur inciditque ipsius astri radius luminosus, à nube refractus ac per omnes nubis extremitates desiliens ac diffusus. Et area quidem si consistat, densiorque fiat, pluuiam, si distrahatur & aliquâ ex parte dissipetur, flatum; si marcescens euanescat, serenitatem prænuntiat. Fit sæpe circa Lunam, quia Sol materiam dispergit & absomit.

*Ad Caput quartum,  
& quintum.*

*Quid iris?* Iris est refractione visionis, in Solem aduersum, id est, fit ex refractione: cum scilicet rorida nubes, ad pluuiam parata, & Soli vel alteri cuiusdam astro lucidissimo, tanquam speculum, è regione opposita, refringit reflectitque radios in corpus lucidum, cuiusque si non figuram, saltem coloris apparitionem refert. Fit à nube rorida refractione: aer enim densior est aqua, & omne politum ac leue, visum radiis visibilibus refringit. Quidam imbecilles habens oculos, simulacrum, cum ambularet, sibi aduersum videbat: quia cum tenues essent præ infirmitate visibiles radij, ab aere proximo, quasi à speculo, refringebantur. Euro spirante videntur omnia maiora, vt Sol & astra, cum oriuntur & occidunt: quia tunc aer crassior vaporosus & caliginosus factus radios visibiles frangit. Sed aqua longè fortius, præsertim cum fieri incipit, & stillare parata est.

*Ille quidam, Antiphon nominatur ab interpretibus.*

Est Iris tricolor, Punicea quidem; quia fulgidum in nigro visum, aut per nigrum, vt est fere nubes, apparet puniceum. Viridis, quia fulgidum debilius viride videtur. Purpurea, quia fulgidum debilius adhuc degenerans, fit purpureum. Radij enim, quod protenduntur magis, eò fiunt debiliores & obscuriores.

Si duæ simul fiant Irides, debilior est fortioris imago, & colores contrario modo dispositi. Vix apparet tertia. Si quartus color assignari potest, est ξανθός, flauus, inter puniceum & viridem apparens. Sed is reuera non est, sed apparet; quia puniceus viridi proximus, flauum æmulatur: fit enim vt varij colores iuxta se positi variè constituti alios à se differentes referre videantur. Hinc peccant in coloribus, qui ad lucernam operantur: & qui noctu flores legunt, colorem pro colore accipientes.

Iris est circuli portio, nunquam maior

femicirculo. Ponatur enim, fieri Iridem in Oriente: si Solis centrum est in Occidente, centrum Iridis erit in Oriente. Quare sola Medietas circuli apparebit super Horizontem, & vbiicumque fuerit Sol supra Horizontem, alibi quàm in Occidente, erit necessariò Iridis centrum sub Horizonte; atque adeo semicirculo minor, vt ex diagrammate constat. Itaque nunquam maior est Iris, quàm cum Sol est in Oriente, vel Occidente; nunquam minor, quàm cum est in Meridie.

*Ad Cap. sextum.*

Causæ παρηλίου, siue geminati Solis, ἑρπιδωρ, & virgarum, eadem quæ areæ & arcus. Cum ergo nubis iuxta Solem positæ consistentia inæquabilis est, hinc densa, illic rara; ibi aqua magis, alibi minus, refringuntur Solis radij à nube, quæ radiis penetrata, variis, pro varietate partium, imbuitur coloribus; qui quoniam instar linearum lucidarum, perpendiculariter versus terram protenduntur, & virgarum referunt similitudinem, virgæ vel bacilli vocitantur, colorum Iridis æmuli, & pluuiæ nuntij. Praelius autem est imago Solis in nube maximè æquabili, continua, densa, & iuxta Solem, id est, ad eius latus, posita, tanquam in aere polito vel speculo, expressa. Sic tamen disponi debet nubes, vt ea parte qua Solem respicit, sit aquea & perspicua, vt nempe eius imaginem excipiat; ex altera verò densior ac veluti terminata, vt eandem reflectat. Neque enim resiliunt imagines, nisi dum impingunt in id quod earum progressum inhibet ac terminat. Hinc speculis plumbum auersâ parte illinitur. Si ergo plures nubes sic affectæ sint, videbuntur Soles plures, quos παρηλίου, vel παρηλία, vocant, pluuiæ signa, virgis certiora. Sed de iis quæ supra terram per secretionem, τὴν ἑκκρίσιν, fiunt, satis. Dicendum nunc de iis quæ intra terram fiunt, ab eodem illo halitu duplici; exhalatione scilicet & vapore. Illa enim vel fossilia sunt, ὀρυκτά; vel metallica, μεταλλεύτα. Et fossilium quidem causa est exhalatio, vt lapidum illiquabiliū; sandarachæ, ochræ, sulfuris, cinnabari. Metallicorum autem, & eorum quæ ἢ χρῶς, ἢ ἐλατῶς, fusilia, vel ductilia sunt, vapor. Ideo enim illa liquantur, vel ducuntur, quia à vapore fiunt. In concretionem tamen vaporis exhalatio adiungitur sicca: ideo aquam & terram continent, vrunturque auro excepto omnia; quod scilicet siccam exhalationem habeant. Sed de his agere est eorum, qui de singulis metallis pertractant. Aduerte, si placet, perite lect or, sequentem librum, qui quatuor

*Virga quid?*

*Quid speculum?*

*Quomodo fiat reflexio imaginum.*



tus est Meteororum, recto suoque ordine hic collocari, post tertium librum Meteororum, non quod Meteora propriè dicta tractet, & quæ fiunt supra terram in sublimi: sed quia de iis agit quæ licet intra terram fiant, & perfectè mixta sint; iisdem tamen causis principisque constant, quibus Meteora, nempe exhalatione & vapore; vt liquet ex serie contextus.

*Liber quartus Meteororum.*

**D**Vodecim constat capitibus, in quatuor partes redactis, I. est de qualitatibus actiuuis, earumque effectis, cōcoctiōne, incōcoctiōne. II. de passiuuis. III. de passionibus mixtorū perfectorum, è primis qualitatibus ortis. IV. de homœomeris siue similaribus.

*Ad Caput primum.*

**E**Lementorum causæ, id est, qualitates primæ, vel sunt actiuæ, vt calor & frigus; vel passiuæ, vt siccitas & humiditas. Harum omnium generatio, naturalis est effectus: & gignunt quidem calor & frigus, cū materiam vincunt; alioqui fit *μόλυνσις* & *ἀπεψία*, id est, inquinatio; & inconcoctio. Simplici generationi aduersatur putrefactio, *σῆψις*. Vnumquodque enim, nisi vi corrumpatur, putrescit. Hinc quæ putrent, primò apparent humida, deinde sicca. Calor enim externus humorem internumque calorem simul foras elicit, absumitque tandem: vnde marcor & siccitas. Hinc omnia præter ignem, putrent. Nam putrefactio, est proprii natuique caloris in vnoquoque humido existentis ab externo calore corruptio. At ignis, humidus non est, sed maximè actiuus, ita vt aer, aqua, terra, ad ipsum sint vt materia; ille ad ea, vt forma. Sed & iuuat putrefactionem propria frigiditas, quæ caloris interni penuriam monstrat, & externi victoriam faciliorem: abeunte autem interno, simul humor natuius, *συνεξαρμίζει*, euaporat. Hinc quæ putrent, tandem sicca fiunt, vt terra & fimus, *κόπρος*. In frigore tamen minus res putrent, vt & in motu. & quo res calidioris sunt naturæ, & maiores, eò minus putrescunt. Mare secundum particulam diuisam facile putret; totum, nunquam. Ex putrefactis verò gignuntur animalia; quòd calor, qui naturalis est, dum separatur, faciat quantum potest, vt quæ diuisa sunt & segregata per corruptionem, coeant & terminentur secundum quasdam particulas, quæ mox vitam animamque Sole rem promouente, suscipiunt. Hinc enim vermes, scarabei, culices, aliaque id genus animalcula è materia putri o-

Tom. I.

ri dicuntur. A calore ergo & frigore existit rerum terminatio & consistentia, *σύστασις*; ab humiditate & siccitate terminabilitas: quia hæ passiuæ, illæ actiuæ sunt: terminare enim actiuum est, terminari passiuum.

*Ad Caput secundum.*

**C**oncoctio, *πέψις*, opus est caloris; incōcoctio, *ἀπεψία*, frigoris. Illa triplex. Maturatio, *πέτασις*: elixatio, *έψησις*: assatio, *Concoctio* *σῆψις*. Hæc etiam triplex. Cruditas, *ἀμότης* & *incoctio* *μόλυνσις*: excoctio, *εἰς τεισις*. *triplex.* *πὶ πέψις.* Concoctio est perfectio à naturali calore facta, ex oppositis passiuuis, quæ sua cuique mixto materia sunt. Quod enim concoctum est, perfectum est & genitum: sic cū alimentum concoctum est, dicitur perfectū & elaboratum; quæ perfectio est à natiuo calore, vt à principe causâ; licet sit ab aliis, vt à balneis, tanquã ab externis adminiculis, coctionem iuuantibus: Intellige per opposita passiuua, humidū & siccum; quæ ideo materia mixti dicuntur, quòd sint passiuua, vt materia. Finis concoctionis, in aliis est formæ & essentiæ mutatio, vt cum cibus, purâ panis, vertitur in sanguinem, hic in carnē: caro enim essentiam iam habet diuersam à pane: in aliis mutatio secundum qualitatem vel quantitatem, vt in fructibus crudis, dum matureseunt; carnibus, dum coquuntur; musto, quod dicitur, *τὸ γλεῦκος*, dum deferbuit, tuberculis, *φύμασι*, suppuratis; lacrymis, in lemas sordesque concretis. Quæ enim coquuntur, crassiora fiunt & calidiora. Incoctio est imperfectio in oppositis passiuuis, à *ἀπεψία* caloris penuria, siue frigiditate.

*Ad Caput tertium.*

**M**aturatio est coctio fructuum: quæ *πὶ πέτασις* tunc perfecta est, cum semina illis *σις* inclusa, apta sunt simile generare. Dicitur maturatio de aliis multis, vt de tuberculis pituita, sed metaphoricè. Et hæc maturatio est contenti humoris concoctio à natiuo calore. Opponitur murationi cruditas, inconcoctio fructuum à penuria caloris, humorem definire ac vincere nequeuntis. Dicitur cruditas etiam de catharris & excrementis, quæ calor natuius non vincit nec coquit, & de terra figlina, & lacte; si cū possint calore permutari, non mutantur tamen, sed maneant inalterata. Nullum humidum per se sine aridomaturescit. Crudorum succus tenuis, frigidus, *ἀβρωτος* & *ἀποτος*. Elixatio est indefiniti in humore existente concoctio, ab humido calore & externo. Differunt elixa à frixis, quòd hæc à calore sicco fiant, humidum exte rius rapiente: illa calore humido externo, humidum interius trahente. Hinc elixa sicciora assis. Hinc

○

Qualitates  
duæ  
*πυρρὰ*  
calor, frigus.  
Dua  
*πυρρὰ*  
siccitas, humiditas.

Putrefactio  
nisi, excepta  
per ignem.  
*πὶ σῆψις*

Qui sit vt  
putredine  
animalia  
gignantur.

*Concoctio*  
& *incoctio*  
*triplex.*  
*πὶ πέψις.*

*ἀμότης.*

*έψησις.*



Ad Caput quintum.

propriè sola humida, non sicca, non densa, possunt elixari. Transfertur tamen elixatio ad aurum, lignum: lac verò elixari dicitur, cum à circumstante igne saporis speciem mutat. Finis elixationis, esitatio, sorbitio, *ρόφησις*: elixantur & pharmaca, non oleum purum; quia non fit crassius, minus, grauius, maius, subtilius, per elixationem: quod tamen requiritur ad elixabile. Inelixatio siue inquinatio est inconcoctio, opposita elixationi, in humido interminato, ab externi & circumfusi caloris humidi penuria & defectu, non sine frigore; quod vel in humore circumiacente est, vel in eo quod elixatur, & coquentem calorem depellit ac eneruat. Hinc inquinata siue non elixa duriora elixis: transfertur inelixatio ad metalla & liquida multa. Assatio est concoctio à sicco & externo calore, siue igneo; non tamen cum excessu, alioqui esset adustio. Hinc assorum extrema aridiora intimis; elixorum, contra. Hinc assa industriam maiorem requirunt quàm elixa. Sed vt arte fit assatio & elixatio, sic & natura: *μιμνεῖται γὰρ ἡ τέχνη τὴν φύσιν. Imitatur enim ars naturam.* Concoctio alimenti in corpore, similis est elixationi; indigestio, inelixationi. Non creantur animalcula, putà vermes, in concoctione; sed *ἐν τῇ ἀποκρίσει σπυρομένη ἐν τῇ ἐκτέλει*, in excremento putrescente in aluo inferiore. Excaldatio est inconcoctio assationi opposita, ab externi caloris ignei paucitate, vel nimio rei assabilis humore.

*ἡ ἀπὸ τοῦ*

*Idem lib. 2  
phys. c. 8.*

*ἐκτέλει*

Ad Cap. quartum.

Corporum principia passiuia sunt humidum & siccum. Humidiora alia, alia ficciora, secundum vtriuslibet dominium. Humida alia actu, vt liquor; alia potentia, vt liquabile: itidem sicca. Mixta ex humido & sicco sunt terminata. Nam humidum & siccum se mutuò terminant; & alteri, alterutrū est, *οἶον κόλλα* vt gluten: quare vt ex farina & aqua vnum quid compingitur; sic ex humido & sicco, mixta. Hinc corpora terminata non consistunt sine terra & aqua; cum hæc humida, illa sicca sit, maximè propriè. Ideo in terra & aqua tantum existunt animalia: quia illa horum sunt materia. Terminatorum primæ passionis, *σκληρότης*, & *μαλακότης*, durities & mollities. omne enim humido & sicco constans, durum est, vel molle Durum est quod non refugit in sese secundum superficiem, siue quod non cedit tactui: molle, contra. Vtrumque vel est absolutè tale, vel ad aliud.

*Per terram  
& aquam  
omnia sunt  
terminata.*

*τῆς  
τηκτόν.*

*πὶ σκλη-  
ρόν, ἢ μα-  
λακόν.*

Omne molle & durum fit tale per concretionem; concretio, assiccatio quædam est. Agens calore agit, vel frigore; patiens humidum est, vel siccum, vel vtroque constans. Frigus passiuorum potius est, quia aquæ & terræ inest, quàm calor. licet sit actiuum. Imò vrere dicitur per antiperistasin, & calorem vniendo, id est, per accidens. Siccescunt, quæ aqua constant, vel aduentitia, vt lana madens; vel insita, vt lac. aquæ species vinum, vrina, serum; & quæ cum viscosa non sint, nullum aut paucum sedimentum habent. Quibusdam enim, vt oleo & pici tenacitas, *γλιχρότης*, causa est, vt nihil subsideat: omnia ergo siccantur, vel calefacta, vel frigefacta. vtrumque præstat calor internus, vel externus. Nam quæ frigore siccantur, vt vestis humida, horum calor internus expirans, madorem humoremve si exiguus est, secum educit propter circumfusum frigus. Quæ autem calefacta exarescunt, eorum humor foras educitur externo calore, vt in elixis.

*τὸ πῦρ  
ἔχει  
ἐξ ἑαυτοῦ  
πῦρ ἔστι.*

*ἡ ἀπὸ τοῦ  
ἐξ ἑαυτοῦ  
οἶον  
οἶον ἔστι.*

Ad Caput sextum.

Humectationis modi duo. Primò, cum humor vel vapor concretus fit aqua. Secundò, cum solidum, vt metallum, liquatur. Id verò notum erit si de liquatione & concretionem dicatur. Quæcunque ergo concretescunt, frigore, vel calore sicco concretescunt. Quæcunque concreta, soluantur contrariis. Sic quæ calido sicco concreta sunt, frigo humido soluantur. Aquea ergo non concretescunt igneo feruore, sed frigore coagulantur igne soluantur. Nō increassantur tamen sic coagulata, vel condensantur. Non enim fit increassatio, nisi abeunte humido, & manente sicco: at in his humidum manet; & sola aqua inter humida non inspissatur. Aquea simul & terrea frigore & calore concretescunt, illo quidem, calidum pelente, cum quo abit humidum, hoc verò, idem humidum educete. Mollia non liquida, vt lateres cocti, siue parum humida; ex eunte humido concretescunt, non increassantur. Liquida verò & humidiora increassantur, vt lac. Eorum quæ coagulantur, multa priùs humectantur, quæ scilicet ante frigus indurauerat, vt lateres. Aquea-terrea, sed magis terrea quæ frigore concreta sunt, & caloris egressu; liquantur calore redeunte, *οἶον ὁ πηλὸς ὅταν παγῆ, vt cænum, dum in gelu concreuit.* Quæ frigore concreuerunt, ita vt calor simul omnis abierit, ea calore mollescunt, nec soluantur, nisi igne fortissimo, vt cornu, ferrum. Sæpe autem liquatū ferrum

*ἡ ἀπὸ τοῦ  
ἡ ἀπὸ τοῦ  
ἡ ἀπὸ τοῦ*

*ἡ ἀπὸ τοῦ  
ἡ ἀπὸ τοῦ  
ἡ ἀπὸ τοῦ*

*Qui fiat in  
grassatio.  
το παχύνει.*



fit melius ac purius; subsidet enim fæx, ἢ σπυρία, ferri excrementum, quo repurgato fit, σπυρία, chalybs, id est, ferrum defæcatum. Dum verò quod concreuerat, fluit; licet nigrum, albicat tamen, fitque tunc simile, ππίνω, calci. Quæ sicco calore concreuere, partim liquari nequeunt humido, vt lateres, ex terra igne adusta facti: partim liquantur, sed humore frigido, vt nitrum, & sales: qui ideo aqua, non oleo liquantur; quòd calori sicco contrarium sit frigus humidum. Si enim alterum coagulauit, alterum soluet: id est, si calor siccus concretionem fecit, frigus humidum inuehet solutionem. Iuxta axioma, *Contrariorum cau-*

ca' era  
na' a' na  
r' d' c  
at' ion.

Ad Caput septimum.

**N**itrum, sal, later, lapis, plus terræ quàm aquæ habent: quia igne concresecunt, non incrassantur, vt quæ plus habent aquæ. Hæc enim igne tantum spissantur, illa concresecunt. Olei natura ambigua. Non enim frigore, nec calore concresecit, quia aëre scater. Hinc aquæ supernatat. Crassescit tamen & frigore aëreas eius partes incrassante in aquam; & calore proprio marcescente: tunc enim aër fit aqua. Aquea & terrea pari mixtione coagulantur vicissim & liquantur. Magis aquea elixantur, incrassantur, vt mustum. Frigus cogit, desiccât, incrassat. Quæ frigore non incrassantur, sed concresecunt; euaporantia quidem ab igne, ea sunt magis aquea. Vt vinum, vrina, acetum, lixiuium, serum. Quæ verò igne incrassantur, non euaporantia, vel terrea sunt vt mel: vel partim aërea; partim aquea, vt oleum. Lac verò & sanguis aquea & terrea, sed magis terrea, vt humores, vnde sal & nitrum. Lac enim sero constat aqueo, & caseo τυρῶν terrestri, quem etiam ingesto coagulo densant ἰατροὶ ὀπιζοντες, Medici coagulantes. Sanguis verò frigore siccatus concresecit, itémque euaporante calido, vnde terreus dicitur; qui si non statim concresecat, vt ceruinus, aqueus est, & valde frigidus, neque fibras habens: cum fibræ terræ sint & stabilitatis causæ. Sed nec morbidus sanguis concresecit, quia ἰχθῆρος serofus, pituitosus, aqueus, incoctus. Terreorum alia solutilia, vt nitrum: Alia non, vt later. Alia μαλακὰ mollificabilia, vt cornu. Alia non, vt later. Aërea & terrea sunt ligna. Hinc non liquantur, nec mollescunt; sed vruntur, & aquæ supernatant: præter ebum nigram, quæ plus terræ quàm aëris habet. Non soluit aqua κέραμον laterem terreum; nec ignis.

oleum  
ambigu.

το γλεῦ-  
κος.

ἄζος, κο-  
νία, ὀπρῶς.

μέλι, ἑ-  
λαιον.

Sanguis  
morbidus  
non con-  
cresecit.  
ca' lu' ca'  
ca' d' a'  
lu' ca'.

Ebenus  
aqua su-  
pernatat.

Ad Caput octauum.

**C**orpora omnia consistunt per calorem & frigus, vt per agentia; humorem & siccitatem, vt per passiuia. Quare quatuor hæc omnibus mixtis insunt, quæ non modo sensibili proprietate, & agendi facultate differunt, siue qualitatibus actiuis, candore, odore, sono, dulci, calido; sed etiam passiuis, vt liquabilitate, concretionem. Mixta ergo ab his sic nominantur πηκτόν concretile, ἐπιλυτικόν, liquabile, μαλακτόν, mollificabile, τεκτόν, flexile, καμυπτόν, κατὰ κτόν fractile, friabile θραυστόν, θλαστόν impressile, πλαστόν formabile, πιεστόν pressatile, ἐκτόν tractile, ἐλατόν ductile, σχιστόν fissile, τμητόν sectile, γλισχρόν tenax, cui opponitur ψαθυρόν remittens, πηκτόν densatile, καυστόν cōbustile, θυματόν exhalabile: Et his omnibus contraria, per negationes exposita. Coagulatur verò alia frigore, alia calore; Illo calidum exprimente: Hoc desiccante humidum. Et terrea quidem cōcresecunt & indurantur humidi absentia: aquea verò, absentia calidi. Illa soluantur humido, nisi pori sint constricti, aquæ ingressum prohibentes, vt in lateribus. Hæc calido, vt plumbum, æs, glacies, μόλυβδος, χαλκος, χρυσάλλος. Inconcretilia sunt terrea calida, vt mel, mustum: & aërea magis quàm aquea, vt oleum, ἀργύρος χυτός, argentum viuum, & tenacia, vt viscum, pix.

Series  
qualitatu  
passiuaru  
in mixtis.

ἰξός, πί-  
σσα.

Ad Caput nonum.

**M**ollificabilia sunt concreta terrea, magis quàm aquea cum aliquo humore; quo excitato ignis opera mollescunt, vt ferrum, cornu. Immollificabilia, contra. Liquabiliū, alia tinctilia siue humectabilia, alia non, vt & inliquabiliū. Tinctilia, id est quæ tingi possunt, terrea sunt, largioribus poris aquam admittentia. Flexilia, vt vimen, λύγος, sunt quorum longitudo ex ambitu in rectum, & contra permutatur. Inflexilia contra, vt later. Fractilia, quæ flexionem non patiuntur, sed diuisa in duas eâsque magnas partes abeunt, vt lignum. Infractilia, contra. Friabilia, quæ diuisa in plures & inæquales partes plerumque exiguas abeunt & comminuuntur. Horum quædam sunt fractilia, vt lateres. Impressilia, quorum superficies, tactu ictu, ve forti in profundum cedunt. Horum alia mollia, vt cera: alia dura, vt æs. Non impressilia, contra; vt later, aqua. Formabilia sunt quæ manu facillè imprimi queunt, & impressa manent, vt cera. Informabilia, contra. Pressatilia sunt ea informabilia, quæ vel difficillè imprimuntur, vt lapis, vel facillè, sed impressio non manet,

Definitio-  
nes molli-  
ficabilium  
liquabili-  
um, tincti-  
lilium,  
flexilium,  
fractilium,  
c.



vt spongia: & hæc quidem pulsa sese colligunt intro, nõ diuisa superficie, nec parte aliã aliò abeunte, ob poros multos in quos cedunt; vt spongia, caro, cera. *Impressatilia*, cõtra, vt aqua. *Tractilia*, quorum superficies continua manens, porrigitur ad latus versus trahens, vt lorum *μας*, pasta *πυρς*, & neruus. *Intractilia*, contra. *Ductilia*, vt æs, quæ in latũ & profundum eodem icu trãferũtur, secundũ partem & superficiem, vt ferrum; Nõ ductilia, contra. omnia ductilia sunt impressilia, non contra. *Fissilia*, vt lignum, quæ amplius diuiduntur & magis, quã diuidens diuidat. Non fissilia, contra. *sectilia*. *Sectilia*, quæ cum dura sint vel mollia, non anticipant diuisionem, nec comminuũtur, dum diuidũtur. *Insectilia*, contra, vt liquida. Quædam simul sectilia & fissilia sunt, vt lignum. Sed fissile dicitur in longum, sectile in latum. *Tenacia* siue *lenta*, quæ cum liquida vel mollia sint, trahi possũt, distendi, cõtrahi. *Remittentia*, contra. *Densatilia*, quæ cum pressatilia sint, stabilem habent pressationem, nec resiliunt. Non densatilia, contra. *Vstilia*, quæ habent poros ignem facile excipientes, ita tamen vt in poris rectis humorem igne debiliorem contineant. *Incombustibilia*, contra, vt glacies, & quæ vident. *Exhalabilia*, quæ cum humorem habent, vt euaporare sine igne nequeant: *Inexhalabilia*, contra. *Exhalatio* lignosi corporis dicitur *fumus*, & *πυρς*: pinguis, *λίπος*, fuligo: oleosi *κνίσα* nidor. *Vinum* passum & dulce, quia pingue, exhalat; vt oleum, sed leuiter: non est autem propriè sed nomine tenuis vinum, vt sapor indicat, ideoque nec ebrietatem inducit. Quæ in cineres resoluuntur, omnia combustibilia sunt. *Carbunculus* gemma non vritur. *Combustilium* alia flammabilia, vt pix, oleum; alia non: & horum quædam nempe *αἰθρηκεῖτα*, carbones fieri possunt, quæ scilicet terræ plus quã fumi habent. Thus, *λιβαρωτός*, liquabile & flammabile simul. *Flamma* est fumus ardens. *Exhalantia* liquida, humidiora: ardentia, sicciora.

Ad Caput decimum.

*ὅμοιομερῶν.* **S**imilaria corpora, vt in fossilibus, aurũ, æs; in animalibus, ossa, caro; in plantis, lignũ, cortex; (dissimilaria autem sunt quæ ex similaribus variis constant, vt manus ex carne, osse, venis;) prædictis qualitatibus differunt; itẽque odore, colore, sapore. Consistunt omnia ex humido & sicco, vt ex materia, ac proinde ex terra & aqua; per calorem & frigus, quæ agunt, & ipsa corpora compingunt. *Liquida* ergo euaporantia, aquea, sunt. Non euaporantia, terrea, vel terraquea, vt lac: terraerea, vt mel, vel aëraquea, vt oleum. Quæ calore spissantur, cõ-

munia. *Vinum* recens nec defæcatum, plus habet terræ, ideo in crassatur calore. *Terrea* sunt, quæ frigus in crassat. *Communia*, quæ ab utroque, vt oleum, mel, liquida frigore concreta, aquea: vt glacies, grando. *Calore* autem cõcreta, terrea; vt lateres, sal, caseus. ab utroque autem concreta, communia aquæ & terræ. Quorum humor totus exudauit, ea terrea sunt, vt electrum siue succinum, & lacrymæ, myrrha, thus, gummi, quæ frigore concresecunt, nec liquabilia sunt: quorum verò totus non exudauit, ea terrea quidem sunt, sed mollescere possunt, vt ferrum. *Liquabilia* igni liquata, sunt aquosiora: licet quædam sint communia, vt cera. Quæ autem aqua liquantur; terrea. Quæ nec aqua nec igne; vel terrea, vel utraque. *Aqueæ* igitur sortis sunt aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, vitrum, alique anonomi lapides multi; quia calore saltem excellenti liquantur. *Item* vina quædam, vrina, acetum, lixiuium, serum, ichor; quia frigore concresecunt. *Terreæ* autem, ferrum, cornu, vnguis, pili, ossa, lignum, succinum, lacrymæ, tofus lapis asper, legumina, frumentum, plus minus. *Sanguis* tamen & semen genitale communia sunt terræ, aquæ, aëris.

Ad Caput undecimum.

**A**quea sunt frigida; nisi alieno calore affecta sint, vt lixiuium. *Terra* vt plurimum calida, vt calx. *ob caloris efficientiam, & ignitionẽ*. omnia enim ignita, siue ignem experta, calida remanent: alioqui terrea, vt aquea, secundum se frigida sunt. Sed accidit illa occupari alieno calore, & ita putrescere, vt fiant animalcula. *Terraquea* calorem habent, vel natium & digerentem, quo consistunt; vel alienum, vt putrida. *Hinc* sanguis, semen, & alia id genus, quamdiu suam seruant naturam, calida sunt: dum corrumpuntur, frigida: quia remanet eorum materia, terra & aqua per se frigida. *Hinc* sanguis & semen, ab aliis calida dicuntur, naturam respicientibus; ab aliis frigida, concretionem & materiam spectantibus. Sed res ita est, vt definita est. *Hinc* aquea frigida, quod aqua igni omnino aduersetur: *Terrea* autem, vel aërea, calidiora: fit verò vt idem interdum frigidissimum sit & calidissimũ externo calore. *Nam* solidissimum corpus, vt maximè frigidum sit, si suo priuetur calore; ita si igne incandescat, calidissimum euadet: vretque vehementer. *Sic* aqua efferuescens magis vrit, quã fumus; & ignitus lapis magis, quã aqua. *Ratio* est, quia solidiora corpora caloris & frigoris impressionem altissimè admittunt, & impressam qualitatem fortiter retinent.

τὸ ἥλεκτρον, ἡ δὲ δάκρυα.

κνίσα.

χρυσός, ἀργύρος, χαλκός, καὶ ἕτεροι, μολύβδος, ἕλας.

σίδηρος, κέρατα, ὀνυξίαι, πῦρ, ἡ δὲ χηδρονία, σίτος.

αἷμα, γονία, τίτλας.

Calor vel natium, vel alienus.

Sic res sunt, vt consistunt ac definita sunt.

Solida, impressiones fortiter retinent.



## Ad Caput duodecesimum.

Similaria constant elementis; ex similibus, ut ex materia, omnia naturæ opera. Ut autem ex essentia, ratione, id est, forma, quæ est ratio essentiæ. Quæ posteriora ordine generationis, ea sunt nobis notiora. Sic organa partēsque dissimilares, cognoscuntur magis, quàm similes; puta caput, quàm os, quia quod accedit propius ad finē & formam, id est notius, quàm quod ad materiam. Vbi enim multum materiæ, ibi parum formæ finisve constat. Vbi autem formæ minus, minus est cognitionis. Sūt enim materia & forma, ut duo extrema: quare ut materia ubique eadem, nihil declarat discriminis: sic forma per quam omnia sunt definita, omnes rerum differentias indicabit. Quæ verò media sunt inter formam & materiam, ea ut propiora erunt vtrilibet; sic & notiora vel ignotiora erunt. Vnde cum similia materiæ sint propria, ignotiora etiam erūt dissimilaribus & organicis, quæ formæ sunt propinquiora, & quorum gratiā illa sunt. Sed & ea notiora sunt, quorum actiones & officia magis sunt definita. Ea enim verè sunt, quæ opera sua facere possunt, suoque munere defungi, ut oculus verè est, si videt; ut contrā, quæ non possunt. Nam mortuus & lapideus oculus non est oculus, nisi æquiuocè; quia actionem suam exercere nequit. Atqui actiones & officia, posteriorum, puta dissimilariū, ut oculi, manus, magis sunt definita, quàm priorū, putā similiarium ut carnis, cutis, ossis; & horum adhuc magis quàm ignis aut aquæ, ut in mixtis sunt: ergo posteriora, notiora. Ad hæc plantarum partes, metalla, inanimata, agendi aut patiendi quadam facultate prædita sunt, ἀλλ' οἱ λόγοι αὐτῶν οὐκ ἀκριβοῦς, sed eorum rationes, id est formæ essentiales, non sunt exactè cognitæ: quia materiæ sunt magis addictæ, partiumque similitate quasi sepulchro, obscuratæ. Differunt ergo similia calore, frigore eorumque motionibus, concretione, liquatione, duritiā, mollitiē, suprā expositis. Atque ut ex auro vel argento, quæ frigore aut calore fiunt, constant tanquam ex materia, ferra, phiala, aliaque arte facta; neque verò ad horum essentiam, aurum, æsve sufficiunt; sed requiritur præterea ars siue forma artificialis ferræ vel phialæ: sic ex similibus partibus, ut ex materia, siunt dissimilares; quas tamen natura, aut alia quædam causa, (animam intelligo) ab illa natura, id est à forma putè naturali, ut est forma ignis, distinctam, generat, perficit, & complet. Hactenus ergo de homœomeris, restat ut de anomœomeris dicamus siue dissimilaribus, ac denique de iis

quæ his constant, ut de homine, plantâ, aliisque id genus. Hæc habentur lib. quarto Meteororum.

## Liber de mundo ad Alexandrum.

Hunc librum credit Iustinus Martyr orat. parænet ad gentes, esse Aristotelis, non est tamen: ut declarat doctrinæ ipsa ratio, styli laxitas, dictioque liberalior, & Poëticis floribus, oratoriisque ornamentis passim illustrata, Rhetorem & Historicum prodens potius, quàm Philosophum. Est tamen doctrina insigni & copiosa plenus, eaque non Physica tantum, sed & Theologica, septem omnino diffusa capitibus. Quæ licet, sola fere lectione & mediocri adhibita attentione possint forte an intelligi, digna tamen sunt (vel vnus Aristotelis, cuius nomine circumferuntur, causa) quæ summatim saltem, ac veluti per breuiaria, perstringantur.

Primum caput præfatio est, ad Imperatorem Alexandrum, Physicæ dignitatem commendans in cælum vsque: in quod cū homini non liceat secundum corpus ascendere, ut olim dementes Aloadæ & gigantes conati sunt: animus tamen, viæ ducem nactus intellectum, sese facilè extollat, & sedula contemplatione studioque, non modò cælum, sed mundum vniuersum consequatur. Cuius cognitio, ut & maximarū quarumcumque rerum, Imperatorem maximè deceat, virosque optimates, ingenuos, liberales.

Caput secundū mundi profert definitiones duas: Prima est, κόσμος ἔστι σύστημα ἐξ οὐρανῶν καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τοῦτοις περιεχομένων φύσεων. Mundus est cōpages è cælo terraque coagmentata, iisque naturis quæ inter illa continentur. Secunda, Μῦδος ἐστὶ τῆς ὅλων τάξεως τε καὶ ἀφαιρέσεως, ὑποθεοῦ τε καὶ ἀφαιρέσεως φυλαττομένη, ordo & digestio rerū omnium à Deo & per Deū conseruata. mediū mundi est terra immota, mater & nutrix animalium. Pars summa cælum, Dei sedes, syderibus adornata, perpetuò mobilis, sphaerica: cuius duo poli; arcticus, antarcticus; qui intelliguntur tanquam fines lineæ demerentis, quæ axis dicitur, terræ mediū secans. Sydera vel fixa sunt, quæ cum firmamento mouentur, & eundem semper inter se situm seruant. In horum medio est Zodiacus: ζωδιακός, in duodecim partes diuisus, per tropicos transversus: vel erratica, quæ pari cum fixis celeritate non mouëtur, nec eandem semper inter se positionē seruant; suntque septem, affixa totidem cælis. Ætheri siue cælo confinis est natura patibilis & elementaris, ignea, aërea; in qua fiūt meteora ignea, aquea, venti.



Caput tertium situm terræ & maris exponit, quæ duo sunt mundi inferna vniuersitas. Sic verò dispositus est mundus, vt minor regio à maiore coërceatur. Insulæ aliæ maiores & memorabiles, vt Sicilia, Sardinia, Lesbos: aliæ minores, vt Cyclides, Maria multa: Oceanus, qui per columnas Herculis fretumve Gaditanum, *le deſtroit de Gibraltar*, angustis faucibus transiens, creat mare interius, scilicet Mediterraneum. Hinc Sardoum, Gallicum, Hadriaticum, Siculum, Creticum, &c.

*Ad cap. 4.* Caput quartum distinguit exhalationes siue halitus in siccos, qui à terrâ; & humidos, qui ab aqua ascendunt. Qui duo halitus causæ sunt meteoricarum impressionû, tam aquearum & humidarum, quàm siccarum & ignearum. De quibus dictum est libris Meteororum. Sed doctrina de vento, quem huius operis auctor definit aerem multum, fluctuantem, & coactum, repugnat Aristoteli. Vt vel hinc constet librum hunc non esse Aristotelis: licet alioqui in multis doctrinam Peripateticam redoleat.


*Ad cap. 5.* Caput quintum docet, mundum è contrariis sic constare, vt per ea aptè disposita & temperata seruetur ac perduret; non secus atque ciuitas contrariis gentibus, diuersisque hominum ordinibus, ætatibus, moribusque constans, incolumis perseuerat: & pictura colorum varietate splendet: & Musica vocum concordie discrepantia consistit, cõcentumque reddit admirabile. Quòd igitur non dissoluatur mundus, rebus ad eò sibi aduersantibus constans, causa est *ἡ συντομία ἢ ἡ ἀρμονία, elementorum concordia, & consensus contrariorum.* Huius verò concordie causa est *ἰσομορφία, æquabilitas.* Habent enim graua leuia, calida frigida, *τὸ ἀντίτασιν, ἴσιν ἀντίτασιν,* id est, æquilibrium.

*Ad cap. 6.* Caput sextum causam demonstrat rerum omnium conseruatricem, nempe Deum; qui omnium rerum auctor est & opifex. Hinc enim dixere veteres omnia plena esse Deorum. Sed vt omnia diuinæ virtuti quæ nunquam fatigatur, subiacent, eamque sentiunt; sic maximè corpus illud supremum, quod ipsius Dei sedes est, eiusdem vim ac numen experitur. Eo enim ordine tenetur


mundus, vt quæ corpora Deo, eiusve domicilio sunt viciniore, eò sint perfectiora; & quæ remotiora, eò etiam imperfectiora. Quare vt cælum summum est & perfectissimum corporum; sic terra terrenaque omnia infima sunt & imperfectiora; ad quæ tamen licet remotissima, Dei virtus perueniat, ac cæli influxu transfundatur. Neque enim decet, Deum *αὐτοῦ γαῖν τὰ ὄντα*, ipsum per se res terrenas administrare; vt nec Regem, viles operas obire; sed cum ea maiestate præsidere, vt ipse perfectissimam obiens actionem, quæ est summi cæli perpetua, simplex æquabilis, & rapidissima motio, per hanc vnã, res omnes nullo negotio gubernet & absoluat, à summis ad ima per medios gradus mirabiliter permeando. Hinc mundi ornatus & gratia; & quasi chorus Musicus, cuius magister, coryphæus, ac præcentor Deus est. Quod si Dei vim spectes, *ἡ χροιά του* nomen ei tribues; si pulchritudinem, *εὐπρεπεία του* si vitam, *ἀθανάτου* si virtutem ac potentiam, *κρατίου*. Qui quàmquam per se sit ἀθέωρον & inadspectabilis; in operibus tamen videri facile potest. Quod ergo est in naui gubernator, in curru agitator, in choro præcentor, lex in ciuitate, dux in exercitu, hoc in mundo Deus est: nisi quod illos labor & curæ fatigant: huic verò ad nutum obediant succedantque omnia, sine vlla infirmitate aut molestia.

Caput septimum Dei naturam vnã asserit, nomina plura. Deum enim vocant *Ζῆνα, & Δία*, quia per eum viuimus. Dicitur & altitonans, fulgurator, ætherius, fulminator, pluvius, frugipotens, vrbium custos, seruator, hospitalis, cælestis, terrenus, &c. *Ad cap. 7. Deus vnus est natura, sed multis nominibus appellatur.* Necessitas, Fatum, Nemesis, Adraſtia. Hæc pertinent quæ de Parcis dicuntur. Omnia enim hæc, inquit Plato, Deus sunt: cum Deus principium, medium, finemque teneat rerum omnium; rectaque linea incensens secundum naturam agat, comitem & adſtricem habens Dicen, Iustitiæ præsidem, quæ diuinæ legis violatæ vltrix est ac vindex; cuius ideo iustitiæ præsidis particeps & cultor obseruantissimus esse debet etiam à principio, quisquis futurus est fœlix & beatus. Hæc ex libro de Mundo.













# ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΕΙΣΑΓΩΓΗ.

γρ. Πορφυρίου  
Φοίνικος εί-  
σαγωγή, μα-  
θητῶ Πλωτί-  
ου τῷ Δουκῶ-  
πλίτῳ.

## INSTITUTIONES PORPHYRII, EX IULII PACII, IURECONSULTI, accuratissima Interpretatione.

### PRÆFATIO.

### CAP. I.

1. Subiectum, utilitas, 2. & methodus huius libri. 3. Quæstiones omittendæ.  
4. Reductio huius libri ad Logicen.



UM sit necesse, Chry-  
saori, & ad Catego-  
riarum Aristotelica-  
rum doctrinam, nosse  
quid sit genus, quid  
differentia, quid spe-  
cies, quid proprium,  
quid accidens, & ad  
definitiones afferendas, & omnino ad ea  
quæ ad diuisionem & demonstrationem  
spectant: cumque utilis sit horum cognitio:  
2. Breuem tibi tractationem faciens, tenta-  
bo paucis, vt institutionis ratio postulat, ea,  
quæ apud priscos philosophos extant, percur-  
rere; ab abstrusioribus quidem quæstioni-  
bus abstinens, simpliciores verò modicè  
coniectans. 3. Ne longè abeam, de generi-  
bus & speciebus, consistantne in rerum natu-  
ra, an in solis nudis animi notionibus posita  
sint: & si consistunt in rerum natura, num  
corpora sint, an incorporalia: & utrùm sepa-  
rata sint, an in rebus sensilibus & circa has  
consistant, recusabo dicere: cum abstrusissi-  
ma sit huiusmodi tractatio, & alius maioris  
indigeat exquisitionis. 4. Quemadmodum  
autem de his ac de reliquis propositis magis  
ad logicen accommodatè veteres disserue-  
runt, & horum maximè Peripatetici, nunc  
tibi tentabo monstrare.



ΝΤΟΣ ἀναγκάσ,  
Χρυσόοριε, καὶ εἰς πλὴν  
τῆς ᾧ δὲ Αἰσιοτέλει  
κατηρησίων διδασκα-  
λίδου, τὸ γινῶναι τί γένος,  
καὶ τί διαφορᾶ, τί τε  
εἶδος, καὶ τί ἴδιον, καὶ τί  
συμβεβηκός, εἰς τε πλὴν τῆς ὀρισμῶν ἀπόδο-  
σιν, ἔστω εἰς τὰ ᾧ δὲ διαγρέσιως ἔστω δεί-  
ξεως. χρησίμης ἕσης τῆς τούτων θεωρίας.  
2 Σιώτομόν σοι ᾧ δὲ δόσω ποιῶν μόνος, πειρα-  
σομαι, ἀφ' ἑραχίων, ὡς ᾧ δὲ εἰσαγωγῆς ἔ-  
πω, τὰ ᾧ δὲ τῶν ᾧ δὲ πρῶτον ἐπελθεῖν, τῆς  
μὲν βαθυτέρων ἀπεχόμενος ζητημῶν, τῆς δὲ  
ἀπλοτέρων συμμετρῶς σοχαζόμενος. 3 Αὐ-  
τίκα ᾧ δὲ γινῶν τε καὶ εἰδῶν, ὅ μὲν, εἴτε ὑφέση-  
κεν, εἴτε ἔστω μόνως ψιλᾶς ὀπτινοίας κείσθαι,  
εἴτε ἔστω ὑφέσηκότε, σώματα ὄσθιν, ἢ ἀσώματα, καὶ  
πότερον χρεῖσά, ἢ ἐν τῶν ἀφ' ἑραχίων, καὶ ᾧ δὲ  
ταῦτα ὑφέσῶτα, πρᾶγμῶσμαι λέγειν. βαθυ-  
τάτης ἕσης τῆς τῶν αὐτῶν πρᾶγματείας, καὶ  
ἀμῆνης μείζονος δεομῶν ἔξετάσεως. 4 Τὸ δ'  
ὅπως ᾧ δὲ αὐτῶν τε ἔστω τῶν ᾧ δὲ ᾧ δὲ λογικῶ-  
τερον οἱ παλαοὶ διέλεγον, ἔστω τούτων μάλιστα  
οἱ ἔστω τῶν ᾧ δὲ πᾶν, νῦν σοι πρᾶγμῶσμαι δει-  
κνύωμαι.



EXPOSITIO QVINQVE VOCVM, TRACTATVS PRIOR.

De genere & specie.

Cap. II.

1 ¶ De homonymia generis, & speciei. 2 ¶ De genere. Significatio prima. 3 Significatio altera. 4 Expositarum significationum collatio ab usu. 5 & origine. 6. Significatio tertia. 7 In hac tertia significatione genus accipi à philosophis. 8 Definitio & exemplum. 9. Protheoria sequentis expositionis. 10 Expositio definitionis prior, qua ostenditur nihil in definitione desiderari, quia per eam genus se iungitur ab aliis catogorematis, id est, indiuiduo. 11 specie. 12 proprio. 13 differentia, & accidente. 14 Expositio posterior: qua, ut appareat nihil in definitione superuacuum esse, declaratur usus singularum particularum definitionis: hoc est, Dicitur de pluribus. 15 Differentibus specie. 16 In quaestione quid est. 17 Conclusio. 18 ¶ De specie. Significatio prima. 19 Significatio secunda. 20 Obiectionis solutio. 21 Definitiones. 22 Discrimen dictarum definitionum mox explicandum. 23 ¶ De generum & specierum diuisione: Singularum categoriarum partes seu membra. 24 Exempla in categoria substantia. 25 Habitus subalternorum. 26 generalissimi 27 & specialissimi. 28 Definitiones generalissimi. 29 specialissimi. 30 & subalternorum. 31 Expositio à simili. 32 Numerus generalissimorum. 33 specialissimorum. 34 & indiuiduorum. 35 De scientia. 36 De ascensu & descensu in categoriis. 37 De ratione attribuendi & subiiciendi. 38 De indiuiduis. 39 De ratione totius continentis & partis contenta. 40. ¶ Epilogus.

ΕΘικε δὲ μήτε ὁ γένος, μήτε ὁ εἶδος ἀπλάως λέγεσθαι. 2 Γένος γὰρ λέγεται, καὶ ἡ τινῶν ἐχόντων πως πρὸς ἓν τι καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀθροισίς. καὶ ὁ σημανόμενον, ὃ Ηρακλεῖδων λέγεται γένος, ἐκ τῆς ἀφ' ἐνὸς γένεως, λέγω δὴ τῆς Ηρακλέως, καὶ τῆς πλήθους τῶν ἐχόντων πως πρὸς ἀλλήλους ἢ ἀπ' ἐκείνης οἰκειότητά, καὶ ἀποτομῶν τῶν ἀπὸ τῶν ἄλλων γένων κεκλημένον. 3 Λέγεται δὲ ἡ δῆλως πάλιν γένος, ἡ ἐκείνου τῆς γένεως ἀρχή, εἴτε ἀπὸ τῆς τεκόντος, εἴτε ἀπὸ τῆς τόπου ἐν ᾧ τις γένηται. ἔτι γὰρ Ορέστῳ μὲν ἀπὸ Ταντάλου φαρμὰ ἔχον ὁ γένος, Ἰλλον δὲ ἀφ' Ηρακλέως. καὶ πάλιν, Πίνδαρον μὲν Θεβαῖον εἶναι ὁ γένος. Πλάτωνα δὲ Ἀθηναῖον. καὶ γὰρ ἡ πατὴρ, ἀρχὴ τις ἐστὶ τῆς ἐκείνου γένεως, ὡς πατὴρ ὁ πατήρ. 4 Τοῦτο δὲ εἴκει πρὸς ἕνα εἶναι ὁ σημανόμενον. Ηρακλεῖδων γὰρ λέγεται, \* οἱ ἀπὸ γένους καταγόμενοι Ηρακλέως. καὶ Κεκροπίδων, \* οἱ ἀπὸ Κέκροπος, καὶ οἱ τούτων ἀγχιγενεῖς. 5 Καὶ πρὸς τὸν γε ὀνομάσθαι γένος, ἡ ἐκείνου τῆς γένεως ἀρχή. μὲν δὲ ταῦτα καὶ ὁ πλήθος τῶν ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, οἷον τῆς Ηρακλέως. ὃ ἀφορίζοντες ἐκ ἀπὸ τῶν ἀπὸ γένων χωρίζοντες ἐφαμὲν ὁ ὅλον ἀθροισμα, Ηρακλεῖδων γένος. 6 Ἀλλῶς δὲ πάλιν γένος λέγεται, ὃ ὑποτάσσεται ὁ εἶδος, καὶ ὁμοιοτήτῃ ἴσως τούτων εἶρημένον. καὶ γὰρ ἀρχὴ τις ἐστὶ ὁ τοιοῦτον γένος τῶν ὑφ' αὐτὸ, καὶ δοκεῖ καὶ ὁ πλήθος πρὸς ἕνα πᾶν ὁ ὑφ' αὐτὸ. 7 Τελευτῶν οὖν τῶν γένους λεγόμενον, πρὸς τῆς τελευτῆς πᾶσι φιλοσόφοις ὁ λόγος.

VIDetur autem neque genus neque species simpliciter dici. 2 Genus enim dicitur collectio aliquorum, qui ad vnum quiddam & inter se quodammodo affecti sunt. Qua significatione dicitur Heraclidarum genus ex habitudine quæ est ab vno ( nimirum ab Hercule ) & multitudinis eorum qui necessitudine ab illo ducta sunt aliquo modo inter se coniuncti, ut ab aliis generibus distinguatur, ita appellatum. 3. Rursus & aliter genus dicitur principium, vnde quisque ortum ducit, siue consideretur ortus ab eo qui genuit, siue à loco in quo genitus est. sic enim dicimus Orestem à Tantalò genus ducere, Hyllum ab Hercule: & rursus Pindarum esse genere Thebanum: Platonem Atheniensem. quoniam patria est principium quoddam ex quo singuli ortum ducunt; sicut etiam pater. 4 Hæc autem significatio videtur esse in promptu. Heraclidæ namque dicuntur, qui genus ducunt ab Hercule: & Cecropidæ, qui à Cecrope: & horum affines. 5. Ac primum genus vocatum est principium illud, vnde ortum quisque ducit. postea verò & multitudo eorum qui ab vno principio, vtpote ab Hercule, orti sunt: quod genus definiunt & ab aliis segregantes, nominauimus vniuersam multitudinem, Heraclidarum genus. 6 Alio quoque modo iterum dicitur genus, cui subiicitur species, horum fortasse exemplo ita appellatum. Etenim huiusmodi genus est principium quoddam eorum quæ sub se sunt, & videtur etiam vniuersam multitudinem continere quæ sub se est. 7 Cùm igitur tribus modis genus dicatur, de tertio apud philosophos sermo est.

γρ. οἱ τὸ γένος καταγόμενοι ἀφ' Ηρ. ἀπὸ τῆς Κεκροπίδας,



8. Quod etiam descriptione explicarunt, dicentes genus esse quod pluribus & differentibus specie attribuitur in *questione*. quid est: velut animal. 9. Nam eorum quæ attribuuntur, alia dicuntur de vno tantum, vt indiuidua, cuiusmodi est Socrates, & Hic, & Hoc: alia de pluribus, vt genera, & species, & differentia, & propria; & accidentia communiter non proprie alicui. Est autem genus, vt animal: species, vt homo: differentia, vt rationale: proprium, vt aptum ad ridendum: accidens, vt album, nigrum, sedere. 10. Ab iis igitur, quæ vni tantummodo attribuuntur, genera differunt, quia ipsa pluribus attribuuntur. 11. Ab iis vero, quæ pluribus attribuuntur, ita differunt: A speciebus quidem: quoniam etsi species multis attribuuntur, non tamen specie, sed numero differentibus attribuuntur. homo enim, cum fit species, Socrati & Platoni attribuitur, qui non specie inter se differunt, sed numero: animal autem, cum fit genus, homini & boui & equo attribuitur, qui specie quoque inter se differunt, non solum numero. 12. A proprio autem differt genus: quoniam proprium vni tantum speciei, cuius est proprium, & indiuiduis sub ea specie contentis attribuitur: vt aptum ad ridendum, attribuitur soli homini & particularibus hominibus: genus vero non vni speciei attribuitur, sed pluribus & differentibus specie. 13. Verum à differentia & communiter accidentibus differt genus, quia etsi pluribus & differentibus specie attribuuntur differentia & communiter accidentia, non tamen attribuuntur in *questione* quid est, sed in *questione* quale quid est. Interrogantibus enim aliquibus quid sit illud cui hæc attribuuntur, genus respondemus: differentias vero, & accidentia non respondemus: quia non in *questione* quid est, attribuuntur subiecto, sed potius in *questione* quale quid est. cum enim quis interrogat quale quid est homo, dicimus rationale: & cum interrogat quale quid est coruus, dicimus nigrum. ac rationale quidem est differentia: nigrum vero accidens. sed cum, quid homo sit, interrogamur, animal respondemus: animal autem est hominis genus. 14. Quapropter genus, eo quod dicitur de pluribus, feceritur ab indiuiduis quæ vni duntaxat attribuuntur. 15. Sed eo quod dicitur de differentibus specie, distinguitur ab iis quæ vt species siue vt propria attribuuntur.

Tom. I.

A 8 Ο κὺ ὑπογράφοντες ἀποδεδώκασι, γένος εἶ) λέγοντες, \* τὸ κτ' πλῆθόνων κὺ ἀγαφερώντων ὡς εἶδει, ἐν ὧ π' ἔστι κατηγορημῶνον, οἷ) τὸ ζῶον. 9 Τῶν γὰρ κατηγορημῶνων, τὰ μὲν, καθ' ἑνὸς λέγεται μόνον, ὡς τὰ ἄτομα, οἷ) Σωκράτους, κὺ τὸ εἶ, κὺ τὸ τίπο. τὰ δὲ, κτ' πλῆθόνων, ὡς τὰ γένη, ἔ τὰ εἶδη, ἔ αἱ ἀγαφοραὶ, ἔ τὰ ἴδη, καὶ τὰ συμβεβηκότα κοινῶς, ἀλλὰ μὴ ἰδίως τινί. ἔστι δὲ γένος μὲν, οἷ) τὸ ζῶον εἶδος ὅ, οἷ) ὁ ἀνθρώπος. ἀγαφοραὶ δὲ, οἷ) τὸ λογικὸν ἴδρον ὅ, οἷ) τὸ γλασικὸν συμβεβηκὸς δὲ, οἷ) τὸ λευκὸν, τὸ μέλαν, \* τὸ κατέζωον. 10 Τῶν μὲν οὖν καθ' ἑνὸς μόνον κατηγορημῶνων ἀγαφέρει τὰ γένη, ὡς ταῦτα κτ' πλῆθόνων κατηγορεῖσθαι. 11 Τῶν δ' αὖ κτ' πλῆθόνων, τῶν μὲν εἰδῶν, ὅτι τὰ μὲν εἶδη, εἰ ἔ κτ' πλῆθόνων κατηγορεῖται, ἀλλ' ἔ ἀγαφερώντων ὡς εἶδη, ἀλλὰ τὰ εἰθιμῶ μόνον. ὁ γὰρ ἀνθρώπος εἶδος ὦν, κτ' Σωκράτους καὶ Πλάτωνος κατηγορεῖται, οἱ ἔ ὡς εἶδη ἀγαφερουσιν ἀλλήλων, ἀλλὰ ὡς εἰθιμῶ. τὸ δὲ ζῶον γένος ὦν, ἀνθρώπου κὺ βοῦς κὺ ἵππου κατηγορεῖται, οἱ ἀγαφερουσι κὺ ὡς εἶδη ἀλλήλων, ἀλλ' ἔ ὡς εἰθιμῶ μόνον. 12 Τοῦ δ' αὖ ἰδίως ἀγαφέρει τὸ γένος, ὅτι τὸ μὲν ἴδρον καθ' ἑνὸς μόνον εἶδος, ἔ ἔστιν ἴδρον, κατηγορεῖται, καὶ τῶν ὑπὸ τὸ εἶδος ἄτομων ὡς τὸ γλασικὸν, ἀνθρώπου μόνον, κὺ τῶν κτ' μέγρος ἀνθρώπων. τὸ δὲ γένος, ἔ ἔ ἑνὸς εἶδος κατηγορεῖται, ἀλλὰ πλῆθόνων τε ἔ ἀγαφερώντων ὡς εἶδει. 13 Τῆς δ' αὖ ἀγαφορᾶς ἔ τῶν κοινῶς συμβεβηκότων ἀγαφέρει τὸ γένος, ὅτι εἰ κὺ κτ' πλῆθόνων κὺ ἀγαφερώντων ὡς εἶδει κατηγορεῖται αἱ ἀγαφοραὶ κὺ τὰ κοινῶς συμβεβηκότα, ἀλλ' ὅσα ἐν ὧ ἔ ἔστι \* κατηγορεῖται, ἀλλ' ἐν τῶ ὅποιον π' ἔστιν. ἐρωτησῶντων γὰρ \* πῶς π' ἔστιν ἐκεῖνο, καθ' ἑ ἔ κατηγορεῖται ταῦτα, τὸ γένος ἀποκρινόμεθα. ταὶ δὲ ἀγαφορᾶς καὶ \* τὰ συμβεβηκότα, ὅσα ἀποκρινόμεθα ἔ ἔ ἐν ὧ π' ἔστι \* κατηγορεῖται τῶ ὑποκειμένου, ἀλλὰ μᾶλλον ἐν ὧ ὅποιον π' ἔστιν. ἐν γὰρ ὧ ἐρωτῶν, ὅποιον π' ἔστιν ὁ ἀνθρώπος, φημὲν ὅτι λογικόν. ἔ ἐν ὧ, ὅποιον π' ἔστιν ὁ κόραξ, φημὲν ὅτι μέλαν. ἔστι δὲ, τὸ μὲν λογικόν, ἀγαφοραὶ τὸ δὲ μέλαν, συμβεβηκός. ὅταν δὲ π' ἔστιν ἀνθρώπος ἐρωτησῶμεν, ζῶον ἀποκρινόμεθα. ἔ δὲ ἀνθρώπου γένος, τὸ ζῶον. 14 Ὡστε τὸ μὲν κτ' πλῆθόνων λέγεσθαι τὸ γένος, ἀγαφείλει αὐτὸ ἀπὸ τῶ καθ' ἑνὸς μόνον τῶ ἄτομων κατηγορημῶνων. 15. Τὸ δὲ ἀγαφερώντων ὡς εἶδη, ἀγαφείλει αὐτὸ ἀπὸ τῶ ὡς εἰδῶν κατηγορημῶνων ἢ ὡς ἰδίως.

Topic. I 1. c. 4.

τὸ ἴσαται. aliter τὸ κατέζωον, τὸ εἶσαια.

κ. κατηγορημῶται. ἐρωτησ. κ. ἰμῶ. κ. τὰ κοινῶς κ. φημὲν κατηγορεῖται.

A ij



16 Τὸ δὲ ἐν ταῖς τί ἐστὶ κατηγορεῖσθαι, χεῖρξαι  
 αὐτὸ ἀπὸ τῆς διαφορᾶν καὶ τῆς \* κοινῆ συμ-  
 βεβηκέντων, ἀ ὅτι ἐν ταῖς τί ἐστὶν, ἀλλ' ἐν ταῖς  
 ὁποῖον τί ἐστὶν, ἢ πῶς ἔχον τί ἐστὶ, κατηγορεῖσθαι  
 ἕκαστον ὧν κατηγορεῖται. 17 Οὐδὲν ἄρα πε-  
 ριτὸν ὁδὸν ἐλλείπον παρ' ἑξῆς ἢ τῶν γένους ῥητέ-  
 σα ὑπογραφή τῆς ἐνοίας. 18 Τὸ δὲ εἶδος  
 λέγεται μὲν ὅτι τῆς ἕκαστου μορφῆς· καὶ  
 ὁ εἶρηται.

Euripides Πρῶτον μὲν εἶδος ἀξίον τυραννίδος.

19 Λέγεται δὲ εἶδος, καὶ τὸ ὑπὸ τὸ ἀποδοθῆν  
 γένος. καὶ ὁ εἶδη μὲν λέγειν, τὸ μὲν ἀνθρώ-  
 πον εἶδος τῶ ζῶα, γένος ὄντος τῶ ζῶα· τὸ δὲ  
 λευκὸν, τῶ χρώματος εἶδος· τὸ δὲ τρίγωνον, τῶ  
 σχήματος εἶδος. 20 Εἰ δὲ καὶ τὸ γένος ἀποδο-  
 δόντες, τῶ εἶδος ἐμνησθέντα, εἰπόντες. τὸ  
 καὶ πλείονων καὶ διαφορῶντων ὡς εἶδει ἐν ὧ  
 ἢ ἐστὶ κατηγορούμενον, ὅτι τὸ εἶδος φανερὸν, τὸ  
 ὑπὸ τὸ ἀποδοθῆν γένος· εἶδέναι χεῖρξαι ὅτι ἐπεὶ ὅτι  
 τὸ γένος τινὸς ἐστὶ γένος, ὅτι τὸ εἶδος τινὸς ἐστὶν εἶ-  
 δος, ἕκαστερον ἕκαστερον, ἀνάγκη ἐν τοῖς ἀμ-  
 φοτέρων λόγῳ \* χεῖρξαι ἀμφοτέρῳ. 21 Α-  
 ποδοδοῦσιν οὖν τὸ εἶδος καὶ ὅτι εἶδος ἐστὶ τὸ  
 κατηγορούμενον ὑπὸ τὸ γένος· καὶ τὸ γένος ἐν ὧ  
 τί ἐστὶ κατηγορεῖται. Ἐπὶ τῶ καὶ ὅτι εἶδος ἐστὶ  
 τὸ καὶ πλείονων καὶ διαφορῶντων ὡς ἑρμιόφης ἐν  
 ὧ τί ἐστὶ κατηγορούμενον. 22 Ἀλλ' αὐτὴ μὲν  
 ἢ ἀποδοδοῖς, τῶ εἰδικωτάτου ἀν' εἶη, καὶ ὁ ἐστὶ  
 μόνον εἶδος, ὅτι ἐπὶ τῶ γένος· αἱ δὲ δῆλα εἶεν  
 ἀν' καὶ τῶ μὴ εἰδικωτάτων. 23 Σαφές δ' αὖ  
 εἶη τὸ λεγόμενον, τῶτον τὸ ἔσπον· Καὶ ἕκασ-  
 τῆς κατηγορίας ἐστὶ τίνα γνικώτατα, ὅτι πάλιν  
 δῆλα εἰδικώτατα, καὶ μεταξὺ τῶ γνικωτάτων ὅτι  
 εἰδικωτάτων ἄλλα, ἀ καὶ γένος καὶ εἶδη λέγεται  
 ταῦτα. Ἐστὶ δὲ γνικώτατον μὲν, ὑπὸ ὅτι ὅτι  
 ἀν' εἶη δῆλα ἐπιμαβεβηκὸς γένος. εἰδικώτατον  
 δὲ, μὲν ὅτι ὅτι ἀν' εἶη ἄλλο ὑποβεβηκὸς εἶ-  
 δος. μεταξὺ δὲ τῶ \* γνικωτάτου καὶ εἰδικω-  
 τάτου ἄλλα, ἀ καὶ γένος καὶ εἶδη ἐστὶ τὰ αὐτὰ,  
 ὑπὸ ὅτι ἄλλο μὲντοι καὶ ἄλλο λαμβανόμενα.

ἢ καὶ ὅτι

ἢ γνικωτά-  
 τῶ καὶ ὅτι εἶ-  
 δικωτάτων

24. Γενέσθαι δὲ ὅτι μίας κατηγορίας ἄφες  
 τὸ λεγόμενον. ἢ ὅτι εἶδος, ἐστὶ μὲν καὶ αὐτὴ γένος.  
 ὑπὸ δὲ ταύτῃ ἐστὶ τὸ σῶμα. καὶ ὑπὸ τὸ  
 σῶμα, τὸ ἐμφυρῶν σῶμα· ὑπὸ ὅτι, τὸ ζῶον. ὑ-  
 πὸ δὲ τὸ ζῶον, λογικὸν ζῶον. ὑπὸ ὅτι ὁ ἀνθρώπος.  
 ὑπὸ δὲ τὸ ἀνθρώπον, Σωκράτους, ὅτι Πλά-  
 των, καὶ οἱ καὶ μέγας ἀνθρώποι. Ἀλλὰ τούτων, ἢ  
 μὲν ὅτι εἶδος, τὸ γνικώτατον, ὅτι ὁ μόνον γένος. ὁ δὲ  
 ἀνθρώπος, τὸ εἰδικώτατον, καὶ ὁ μόνον εἶδος.

A 16 Eo autem quod attribuitur in *questio-*  
*ne* quid est, separatur à differentiis & à  
 communiter accidentibus, quæ non in  
*questione* quid est, sed in *questione* qua-  
 le quid est, aut quomodo quid affe-  
 ctum est, attribuuntur, vnumquod-  
 que *scilicet* iis quibus attribuitur. 17 Ni-  
 hil igitur superuacuum, nihil prætermis-  
 sum est in dicta generis, *id est*, notionis,  
 descriptione. 18 Species verò dicitur e-  
 tiam de cuiusque forma: qua *significatione*  
 dictum est:

B Primùm quidē species digna est imperio.

19 Dicitur quoque species, quæ sub ex-  
 plicato genere *ponitur*. qua *significatione*  
 consuevimus dicere hominem esse spe-  
 ciem animalis, cùm animal sit genus:  
 album autem, speciem coloris: trian-  
 gulum verò, speciem figuræ. 20 Quod  
 si & genus explicantes, speciei mentio-  
 nem fecimus, dicentes, Quod pluribus  
 & differentibus specie attribuitur in *que-*  
*stionibus* quid est, & speciem dicimus  
 esse, quæ sub explicato genere *ponitur*;  
 nosse oportet, quoniam & genus alicu-  
 ius est genus, & species alicuius est  
 species, vtrumque vtriusque; necesse  
 fuisse in vtrorumque definitionibus vti  
 vtrisque. 21 Explicant igitur speciem  
 & sic, Species est, quæ collocatur  
 sub genere: & Cui genus attribui-  
 tur in *questione* quid est. Præterea e-  
 tiam sic, Species est, quæ pluribus  
 & differentibus numero attribuitur in  
*questione* quid est. 22 Sed hæc explicatio  
 est *speciei* specialissimæ, & quæ est tan-  
 tum species, nunquam genus: aliæ ve-  
 rò sunt etiam earum quæ non *sunt* spe-  
 cialissimæ. 23 Perspicuum verò *fiet*, quod  
 dicimus, hoc modo: In vnaquaque ca-  
 tegoria sunt quædam generalissima, & rur-  
 sus alia specialissima: & inter generalissi-  
 ma & specialissima, *sunt* alia, quæ ea-  
 dem dicuntur & genera & species. Ge-  
 neralissimum est, quo non potest esse a-  
 liud superius genus. Specialissimum est,  
 quo non potest esse alia inferior species.  
 Inter generalissimum autem & specialis-  
 simum *sunt* alia, quæ eadem sunt & ge-  
 nera & species, ad aliud tamen atque  
 aliud relata. 24 Fiat autem in vna ca-  
 tegoria manifestum quod dicimus. Sub-  
 stantia est & ipsa genus. sub ea est cor-  
 pus, & sub corpore, animatum cor-  
 pus: sub quo animal. sub animali au-  
 tem, rationale animal: sub quo homo.  
 sub homine autem Socrates, & Plato, &  
 particulares homines. Sed ex his Sub-  
 stantia est generalissimum illud, & quod  
 solum est genus. homo verò est *specia-*  
*lissimum* illud; & quod solum est species.

C

D

E



corpus autem est species substantiae, genus animati corporis. sed & animatum corpus est species corporis, genus animalis. rursus animal est species animati corporis, genus rationalis animalis. rationale autem animal est species animalis, genus hominis. homo verò est quidem species animalis rationalis, sed non est etiam genus particularium hominum, verum species tantummodo. & quicquid ante individua positum, proximè iis attribuitur, species solum est, non etiam genus. Vt igitur substantia, quæ in summo loco posita est, quia nullum habet ante se genus, est generalissimum illud: ita etiam homo, qui est species, postquam non est alia species, nec aliquid quod possit diuidi in species, sed individua; (individuum enim dicitur Socrates, & Alcibiades, & Plato, & hoc album;) solum est species, & extrema illa species, & (vt diximus) specialissimum illud. Media verò, priorum species, posteriorum genera sunt. 25. Quocirca hæc duos habent habitus: alterum ad priora, quo species eorum esse dicuntur: alterum ad inferiora, quo genera eorum esse dicuntur. 26 Extrema verò vnum habent habitum. nam & generalissimum erga inferiora quidem affectum est, cum sit omnium summum genus: erga superiora verò non item habet, cum summum sit, & principium primum, & (vt diximus) id quo nullum potest esse superius genus. 27 Sed & species specialissima vnum habet habitum, quo quidem erga anteriora, quorum est species, affecta est. nec diuersum habet cum habitum, quo refertur ad posteriora: sed & indiuiduorum species dicitur. Verum species indiuiduorum dicitur, vt ea continens: species verò priorum, vt ab eis contenta. 28 Sic igitur definiunt genus generalissimum. Quod, cum sit genus, non est species. & rursus, Quo non potest esse aliud superius genus. 29 Speciem autem specialissimam sic definiunt; Quæ, cum sit species, non est genus. &, quam, cum sit species, in species diuidere non possumus. item, Quæ pluribus & differentibus numero attribuitur in questione quid est. 30 Media vero extremorum, vocant species & genera subalterna: & vnumquodque eorum, genus ac speciem esse ponunt, ad aliud tamen atque aliud relatum. Nam quæ sunt ante specialissima ascendendo vsque ad generalissimum, subalterna genera & species dicuntur. 31 Vt Agamemnon est Atrides, Pelopides, Tantalides, & postremum Iouis.

A τὸ δὲ σῶμα, εἶδος μὲν τῆς ὕλης, γένος δὲ τῆ ἐμφύχου σώματος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἐμφύχον σῶμα, εἶδος μὲν τῆς σώματος, γένος δὲ τῆς ζωῆς. πάλιν τὸ ζῶον, εἶδος μὲν τῆς ἐμφύχου σώματος, γένος δὲ τῆς λογικοῦ ζῶος. τὸ δὲ λογικὸν ζῶον, εἶδος μὲν τῆς ζωῆς, γένος δὲ τῆς ἀνθρώπου. ὁ δὲ ἀνθρώπος, εἶδος μὲν τῆς λογικοῦ ζῶος, οὐδέ τι καὶ γένος τῆς κατὰ μέγεθος ἀνθρώπων, ἀλλὰ μόνον εἶδος καὶ πρὸς τὸ πρὸς τῶν ἀτόμων πρῶτος κατηγερούμενον, εἶδος αὖτ' εἶναι μόνον, οὐδέ τι καὶ γένος. ὡς περὶ οὗτοῦ ἡ ὕλη αἰωπάτω ἔσται, ὡς μηδὲν εἶναι πρὸς αὐτῆς γένος, ὡς τὸ γρηκώτατον ἔσται τὸ ἀνθρώπος, εἶδος ὡν μὲν ὁ οὐκ ἔστιν ἄλλο εἶδος, οὐδέ τι τῶν τέμερα δὲ διυμαμένων εἰς εἶδη, ἀλλὰ τῶν ἀτόμων (ἀνθρώπων γὰρ λέγεται Σωκράτης, καὶ Γλάτων, καὶ Ἀλκιβιάδης, καὶ Πουτί τοῦ λωχῆν) μόνον δὲ εἶναι εἶδος, καὶ τὸ ἔχρατον εἶδος, καὶ (ὡς ἐφαρμυ) τὸ εἰδικώτατον. τὰ δὲ μετὰ τῶν μὲν πρὸς αὐτῶν εἶναι αὐτὰ εἶδη. τῶν δὲ μετὰ αὐτὰ, γένος. 25 Ὡς τε αὐτὰ μὲν ἔχ' ἑκάστος δύο, πῶς τε πρὸς τὰ πρὸς αὐτῶν, καὶ ὡς εἶδη αὐτῶν εἶναι λέγεται. πῶς τε πρὸς τὰ μετὰ αὐτὰ, καὶ ὡς γένος αὐτῶν εἶναι λέγεται. 26 Τὰ δὲ ἀκερα μίαν ἔχ' ἑσίν. τὸ, τε γὰρ γρηκώτατον πῶς μὲν ὡς πρὸς τὰ ὑφ' αὐτὸ ἔχ' ἑσίν, γένος ὅν πρῶτων τὸ αἰωπάτων. πῶς δὲ ὡς πρὸς τὰ πρὸς αὐτῶν οὐδέ τι ἔχ', ἀνῶτατον ὅν, καὶ πρῶτον γὰρ ἀρχή, καὶ (ὡς ἐφαρμυ) ὡς ὁ οὐκ αὖτ' εἶναι ἄλλο ἐπιμαθεβηκὸς γένος. 27 \* Τὸ δὲ εἰδικώτατον μίαν ἔχ' ἔσται αὐτῶν ἑσίν. πῶς μὲν ὡς πρὸς τὰ πρὸς αὐτῶν, ὡν ἔστιν εἶδος. πῶς δὲ ὡς πρὸς τὰ μετὰ αὐτῶν, οὐκ ἄλλο ἄλλο ἔχ' ἑσίν, ἀλλὰ τὸ τῶν ἀτόμων εἶδος λέγεται. ἀλλ' εἶδος μὲν λέγεται τῶν ἀτόμων, ὡς πρῶτος αὐτῶν. εἶδος δὲ πάλιν τῶν πρὸς αὐτῶν, ὡς πρῶτος ἑσίν ὡς αὐτῶν. 28 Αφορίζονται τοίνυν τὸ μὲν γρηκώτατον γένος, ὁ γένος ὅν, οὐκ ἔστιν εἶδος. καὶ πάλιν, ὡς ὁ οὐκ αὖτ' εἶναι ἄλλο ἐπιμαθεβηκὸς γένος. 29 Τὸ δὲ εἰδικώτατον εἶδος ἔσται, ὁ εἶδος ὅν, οὐκ ἔστι γένος. καὶ ὁ εἶδος ὅν, οὐκ αὖτ' διελεσίμεθα εἰς εἶδη. ἐπὶ δὲ καὶ ὁ κατὰ πλεόνων καὶ διαφορῶντων τῶν ἀριθμῶν ἐν τῶν πῶς κατηγερούμεται. 30 Τὰ δὲ μετὰ τῶν ἀκρων, ὡς ἀλληλά τε καλοῦσιν εἶδη καὶ γένος. καὶ ἑκάστος αὐτῶν εἶδος εἶναι καὶ γένος τίθενται, πρὸς ἄλλο μῦτοι καὶ ἄλλο λαμβανόμενον. τὰ γὰρ πρὸς τῶν εἰδικώτατων ἀρχὴ \* τῆς γρηκώτατου ἀνιόντα, γένος τε λέγεται καὶ εἶδη ὡς ἀλληλά. 31 Ὡς ὁ Ἀγαμέμνων, Ἀτρεΐδης, καὶ Πελοπίδης, καὶ Τανταλίδης, καὶ τὸ τελευταῖον Διός.

γρ. Σωκράτης, ὁ Πλάτων, & τ.

γρ. αἰωπάτω ὅν καὶ ὡς πρ. πῶς εἰδικώτατον ὁ μίαν ἔχ' ἔσται.

γρ. γρηκώτατον



32 Αλλ' ἔπι μὲν τῶν γένεα λογίων εἰς ἓνα αἰά-  
 ρεσι (Φέρε εἰπεῖν τὴ Δία) πλὴν ἀρχῶν ὡς ἔπι  
 τὸ πλῆθον. ἔπι δὲ τῶν γένων τε καὶ εἰδῶν ἔχ' ἕ-  
 τως ἔχ'· ἔ γὰρ ἔστι κρινὸν γένος πρῶτων τὸ  
 ὄν· ὅσοι πρῶτα ὁμογενῆ κατ' ἓν τὸ αἰωπάτω  
 γένος, ὡς φησὶν Αριστοτέλης. ἀλλὰ κείτω, ὡς-  
 ῶρ ἐν ταῖς Κατηγορίαις, τὰ ῶρτα δέκα γέ-  
 νη, οἷον ἀρχαὶ δέκα ῶρτα καὶ ἀν' δὴ πρῶτα πῖς,  
 ὄντα κατὰ ὁμωνύμως (φησὶ) καλέσθ' ἀλλ' οὐ  
 σὺνωμόμως. εἰ μὲν γὰρ ἐν κοινὸν ἑὺ γένος πρῶ-  
 των τὸ ὄν· σὺνωμόμως δὲ πρῶτα, ὄντα ἐλέγε-  
 το· δέκα δ' ὄντων τῶν ῶρτων, ἑὺ κρινωμία κατ'  
 τὴν ὁμοίαν μόνον, ἔ μὲν καὶ κατ' ἑὺ λόγον τὸν κατ'  
 τὴν ὁμοίαν. δέκα μὲν οὖν τὰ γνικώτατα. 33 Τὰ  
 δὲ εἰδικώτατα ἐν ἀριθμῶ μὲν πέντε εἰσιν, ἕμην  
 ἀπειρῶ. 34 Τὰ δὲ ἀτομα, \* ἀπὸ ἑὺ μὲν τὰ  
 εἰδικώτατα, ἀπειρῶ. 35 Διὸ μέγεθ' τῶν εἰδι-  
 κωτάτων ἀπὸ τῶν γνικωτάτων κατ' ἰόντας, πα-  
 ρεκελεύετο ὁ Πλάτων παύεσθαι· κατ' ἰόνται δὲ  
 ἀπὸ τῶν ἀπὸ μέσου, διαμετρῶν τὰ εἰδοποιῶς  
 ἀπὸ ἀπείρου. τὰ δ' ἀπείρου φησὶν ἔαν· μηδὲ γὰρ  
 ἀπὸ γνέσθαι τούτων ἔπισημῶν. 36 Κατ' ἰόντας  
 μὲν οὖν εἰς τὰ εἰδικώτατα, ἀνάγκη διαμετρῶ-  
 ντας ἀπὸ πλῆθους ἰέναι· ἀνιόντας δὲ εἰς τὰ γνι-  
 κώτατα, ἀνάγκη σὺνωμῶν τὸ πλῆθος εἰς ἓν·  
 σὺνωμῶν γὰρ τῶν πολλῶν εἰς μίαν φύσιν τὸ  
 εἶδος, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ γένος· τὰ δὲ κατ' ἑὺ  
 μέρος καὶ κατ' ἕκαστα, τὴν ἀπείρου, εἰς πλῆθος ἀεὶ δια-  
 ρῆ τὸ ἓν. τῆ μὲν γὰρ τῶν εἰδῶν μετοισία, οἱ πολ-  
 λοὶ ἀνθρώποι εἰς τοῖς δὲ κατ' ἑὺ μέρος καὶ \* κατ'  
 ἕκαστα, ὅ εἰς καὶ κρινὸς πλείους. διαμετρῶν μὲν  
 γὰρ ἀεὶ τὸ κατ' ἕκαστον· συλληπτικὸν δὲ καὶ ἐνο-  
 ποιὸν τὸ κοινόν. 37 Αποδεδομῶν δὲ τῶν γένους  
 καὶ τῶν εἰδῶν, πῶς ἔστιν ἕκαστον αὐτῶν· ἔ τῶ μὲν  
 γένους, ἑνὸς ὄντος· τῶν δ' εἰδῶν, πλῆθόνων· (ἀεὶ  
 γὰρ εἰς πλείω εἶδη \* ἢ τὸ μὲν τῶ γένους) τὸ μὲν  
 γένος, ἀεὶ τῶ εἰδῶν κατηγορητά· καὶ πρῶτα τὰ  
 ἑπόμενα, τῶ ἑπόμενα· τὸ δὲ εἶδος οὐτε τῶ  
 ἑπόμενα \* ῶρτα αὐτῶ γένους, ἔτε τῶ ἑπόμενα. ὅσοι  
 γὰρ ἀντιφρέφει. δεῖ γὰρ ἢ τὰ ἴσα τῶ ἴσων κατη-  
 γορητά, ὡς τὸ χρεμελιστικὸν ἔ ἵππου· ἢ τὰ  
 μείζω τῶ ἑλαττόνων, ὡς τὸ ζῶον τῶ ἀνθρώπου·  
 τὰ δὲ ἑλάττω τῶ μείζονων, ὅσοι ἐπὶ. ὅσοι ἐπὶ γὰρ  
 τὸ ζῶον εἴποις ἀπὸ τῶ ἀνθρώπου, ὡς περὶ τὸ ἀν-  
 θρώπου εἴποις ἀπὸ τῶ ζῶον· κατ' ὡν δ' ἀπὸ τὸ  
 εἶδος κατηγορητά, κατ' ἑκείνων καὶ τὸ τῶ εἶδος  
 γένος ἔξ ἀνάγκης κατηγορηθήσεται, ἔ τὸ τῶ  
 γένους γένος ἀπὸ τῶ γνικωτάτου. εἰ γὰρ  
 ἀληθές τὸ τὸ Σωκράτῳ εἰπεῖν ἀνθρώπου,  
 τὸν δὲ ἀνθρώπου ζῶον, τὸ δὲ ζῶον οὐσίαν·

A 32 Sed in genealogiis ad vnum ( verbi  
 gratia ad Iouem ) plerumque principium  
 referunt. in generibus verò & speciebus  
 non sic res habet : quoniam Ens non est  
 commune omnium genus : nec omnia  
 ratione vnius supremi generis sunt ho-  
 mogenea , vt ait Aristoteles. sed ponan-  
 tur , vt in Categoriis , prima illa decem  
 genera , quasi prima decem principia.  
 quòd si quis omnia appellet ENTIA , ho-  
 monymos ( inquit ) appellabit , non sy-  
 nonymos. etenim si Ens esset commune  
 omnium Genus , omnia synonymos di-  
 cerentur Entia. sed cùm decem sint pri-  
 ma illa ; communitas est in nomine tan-  
 tùm , non etiam in definitione ad illud  
 nomen accommodata. Decem igitur sunt  
 generalissima. 33. Sed specialissima sunt  
 quidem aliquo numero , non tamen in-  
 finito. 34 Indiuidua verò , quæ sunt post  
 specialissima , sunt infinita. 35 Idcirco cùm  
 vsque ad specialissima à generalissimis  
 descenderimus , iubebat Plato quiescere:  
 descendere autem per ea quæ sunt in me-  
 dio , diuidendo specificis differentiis. in-  
 finita verò , inquit , omittenda , quia  
 non potest eorum scientia comparari.  
 36 Descendendo igitur ad specialissima ,  
 necesse est diuidendo per multitudinem  
 ire : ascendentes autem ad generalissi-  
 ma , necesse est colligere multitudi-  
 nem in vnum. vim enim multa in vnum  
 colligendi habet species , & adhuc ma-  
 gis genus : contrà verò quæ sunt in par-  
 te & singulæ res vnum in multa semper  
 diuidunt. etenim speciei participatione  
 multi homines sunt vnus homo : ob eos  
 verò qui sunt in parte & singulos , v-  
 nus ille & communis est multi. quia quod  
 est singulare , semper habet vim diui-  
 dendi : quod autem est commune ,  
 habet vim colligendi & vniendi. 37 Iam  
 verò cùm quid sit genus , & quid spe-  
 cies , explicatum sit , cùmque genus  
 sit vnum , species plures : ( quando-  
 quidem diuisio generis semper fit in plu-  
 res species ) genus quidem semper speciei  
 attribuitur , & omnia superiora infe-  
 rioribus : species autem nec generi  
 proximo , nec superioribus attribuitur :  
 quia non recipitur. oportet enim, aut  
 æqualia æqualibus attribui , vt equo ap-  
 tum ad hinnendum : aut maiora minori-  
 bus , vt animal homini : sed minora ma-  
 ioribus non item. nam dicere non possis  
 animal esse hominem , vt dicere po-  
 tes hominem esse animal. Quibus au-  
 tem species attribuitur , iis etiam spe-  
 ciei genus necessariò attribuetur , & gene-  
 ris genus, vsque ad generalissimum. nam si  
 verè dicitur, Socratem esse hominem, homi-  
 nem esse animal , animal esse substantiam ;

γρ. ἀπὸ ἑὺ

γρ. κατ' ἕκα-  
στον,

γρ. κατηγο-  
ρητά ἢ τυ-  
μή.

γρ. ῶρτα

B

C

E

D



